I altera pars litigantium in dicta curia parlamenti allegat aliqd impedimentum propter quod dicat se non potuisse ad iudicium venire et appellationem suam infra tempus statutorum introduxisse aut testes suos examinari fecisse infra terminos sibi prefixos. Aut instrumenta sua i cā sua produxisse propter niues pluuias inundationes aquarū. Aut propter pestem in sua domo particularem aut generalem in loco suo aut alias quomodolibet se impeditum fuisse asserat. An stari debeat eius iuramento ad pbationem talis asserti impedimenti. Johā.an.in nouella in.c.primo de dolo et cōtu.li.vi.recitat opiniones et dicit q; aliqui dicūt q; tale impedimētum debet probari per testes vel instrumētum.vij.q.j.c.psentiū de resti.in integ. ca.ex lrīs.§.fi. Alij dicūt q; sufficit probare p iuramentū.xxij.q.j.c.j.maxime cū vno teste.vt i.c.ex isinuatiōe cū materia.de procuratori.hoc enī casu videtur sufficere semiplena pbatio.extra d resti.in integ.c.ex litteris.et.c.cum berta.extra de re iudi. Tamen ipe Johannes an.quem ibi.sequitur dominicus de sancto geminiano cōcludit hoc re[c]linquēdū fore arbitrio iudicis [c] qui habebit cōsiderare qualitatē psone et impedimenti quod opponit et alia adminicula. Qñq; exiget pbatiōem plenā qñq; exiget iuramētū iuxta ea q̄ habētur in.c.fi.ex de iureiu.et qd no.lxxxvj. dist.in.c.tanta.et ibi p glo.de hac materia āt tāgit p io.de arc.in.l.scire.§.sufficiat.ff.de excusa.tuto. Ecce tñ q̄d circa hoc vidi obseruari in hac curia parlamēti.q; qñq; pars ipedita tradit articulos deducētes impedimētū et tunc admittūtur tales articuli ad probādū p testes et si nō probet nō auditur. Si vero pars petat se admitti ad iurādū sup tali impedimento et dicat se aliter nō posse probare et sit honestus et bone fame tūc admittit eius iuramētū et subuenitur ei circa id qd omiserat facere ppter tale impedimētū.et hāc partē [d] tenet spe.[d] in titu.de appella.§.nūc breuiter versi.q̄d ergo. Idē salyc. in.l. preses.C.de appel. Idē etiā tenet ino[e]cen.[e] in.c.ex lrīs.extra de resti.in integrū.in fi. Idē etiā tenet dñi de rota [f] deci.cl.[f] et pro hac pte fuit iudicatum in hac curia.M.cccclix.die vero secunda iuridica post quasimodo et vide.j. q.ccv. Sed quod dicatur iustū impedimentum.vide glo.in.c.q̄.sit super vbo iusto impedimēto.de ele.li.vi.iuramēto etiā pbat interesse.bar.in.l.interdicto.in pn.ff.de vi et vi armata. Itē si debeat stari iuramēto.executoris.vel iurari super cōplemēto relictor ad pias causas.vide.j.q.cccccxiiij. Itē an summarie cause debeāt iuramento partis terminari.dic s3 bar.q; sic qñ sunt modici aut nulli' piudicij.et vide plene p angelū de aretio in.l.a diuo pio.§.si super rebus.ff.de re iudi.et plene bartholum in extrauagāti ad reprimendam etc.et idem bartho.in.l.i.§.i.ff.de pre to.stipula.

¶ Questio.lxv.

¶ De testimonio clericorū corā iudice seculari sine lnia sui plati an valeat.



Licet de iure clericus maxime deseruiēs eccl'ie nō possit ferre testimoniū coram iudice laico sine licentia epi vt dicit Inno.in.c.extra de iura.calū. maxime religiosi sine licentia eorum

a ¶ Extra de hereticis.videlicet lib.vj.

b ¶ Ecclesiasticus tēporalē preuenire: Et vt predictū est crimē istud est mixtū.et ideo potest vterq; cognoscere et hoc sentire videtur do.old.consi.xxxvj.in prin.infrascripti sunt articuli.in vers.ad septimū et vltimus et ille q̄ preuenit erit potior.vt hic dicitur et in ar. post.l.inqsitori dictum est supra.

c ¶ Relinquendū fore arbitrio iudicis.hosti. in .d.c.j. de dolo.et contu. li.vj.scripsit q; istud erat arbitrio iudicis relinquendū cōsiderata q̄litate persone et honestate et mō impedimenti famaq; et alijs adminiculis. et his pēsatis plenā pbationē exiget vel deferet iuramētū.et hāc sniam.d. archi.satis credit equā vt dicit i iā dicto.c.j. et eam amplectitur.d.io. an.post eum do.pe.d an cha.in fine sui cōmēti se pdicti.c.j.

d ¶ Spec: Aduerte q; spe.loquit in casu quo ppt nimiam distantiam loci probatio ē difficilis vbi vero pbatio cēt facilis tunc iuramentum nō esset sufficiens probatio vt ibi dicit do.Johannes andreas super spec.

e ¶ Inno.illud aūt qd ibi dicit do.inno.vēdicat sibi locū in casu illius.c.ex lrīs qd loquit i causa matrimonij cui' fauore statur iuramēto pponētis causam absentie.

f ¶ Rota.deci.cl.vult allegare ro.deci.clv. ti.de appella. si certus i addi. alia circa fin. et attēde q; ro. ibi loquitur i casu i quo loquit spe. videl3.quādo impedimentum p testes pbare non potuit proponens. Et idō vr̄ dicendum ex premissis q; vbi impedimētū aliter pbari ñ pōt ppter loci distātiā vt als et tūc inspecta cāe et psone qualitate stabitur iuramēto.vbi vero aliter pbari posset dicit tñ ipe impedimētum ppones aliter se nō posse nisi medio suo iuramento probare et tunc nō solū considerat bonitas persone ac q̄litas et quātitas cause verum etiā ponderantur modus impedimenti et fama ac alia adminicula. c.pñca.et c.i nr̄a de testi.

superioris. vt in.c.ij. extra de postula. prelato. Tamen de stilo ⁊ cōmuni obseruantia huius curie parlamenti et aliarum curiarū dalphinaliū depositiōes taliū si velint deponere nō reprobantur nec inualidantur defectu autoritatis eorū superioris. Sed tanta fides eorū depositionibus adhibetur acsi autoritatem ⁊ licentiā ab eorū superiore obtinuissent. sed quid si tales clerici aut monachi nolint deponere coram iudice layco: An cogi poterint per iudicē laycum. Circa hoc distinguendum est quia aut producūtur in testes in causa ciuili aut criminali. Si in causa criminali nō consueuerunt cogi per iudicē secularē sine licentia eorum superioris [a] videlicet abbatis si sit monachus vel episcopi si sit secularis. ⁊ de hoc habetur in.l.idē puto.§.certi.ff.de bo. libe.[b] Et non sufficit quod tales religiosi iurēt ad pectus sed debent iurare ad sancta dei euangelia aliter nō valet eorū testimonium etiā de iure canonico. vt in.c. nuper. extra de testibus. licet cōtrariū seruetur vt scripsi.i.q.cccccxv. Aut producūtur in causa mere ciuili ⁊ tunc si recusant consueuerunt [c] cogi per iudicem secularem per aliquem leuem coertionem puta per arestationem sui equi vel alterius leuis coertionis. quia si iudex laicus aliam grauem coertionem inferret in personam talis clerici aut monachi incurreret sententiam excommunicationis iuxta.c.si.quis suadente.vulgatum.⁊.c.si. de immunitate ecclesie li.vi. Et ita semper vidi fieri obseruari tā i presenti curia quā in alijs curijs inferioribus dalphi. Uide tamen quot modis iudex laicus habet iurisditionem in clericum.xxiij.q.v.c. princeps.⁊ ibi pulchra glo. Sed an religiosi possint esse testes in testamento vel codicillis. vide que dixi.j.q.cccccvij.

Questio.lxvi.

De litteris presidis in cōtumaciam concessis curie parlamenti.



Secūdū statuta dalphinalia lr̄e p̄cise obtētē sup istrumēto obligatorio obtinēt vim ⁊ autoritatē rei iudicate etiā si in contumaciā fuerint concesse ⁊ q̄ littere precise ꝓpter autoritatem rei iudicate nō videntur posse retractari iuxta.l.sub p̄textu.C.de re iudi. nisi remedio. appellatiōis nullitatis aut restitutiōis in integrū. iuxta materiā ti. C.si ex falsis istrumētis. tñ de stilo presentis curie parlamenti si tales lr̄e precise fuerint cōcesse i cōtumaciā partis ree ad hoc debite citate purgata ante omnia contumacia. per partem ream [d] per realē solutionem expēsarum [d] iuxta.l.statuimus. C. de iudicijs. que locum habet non solum in actore immo etiam in reo vt ibi dicūt doctores auditur postea reus volens opponere alteram istarum exceptionum videlicet excōicationis solutionis trāsactionis rei iudicate pacti de nō petendo falsi. ⁊ prescriptionis in statutis dalphina. [e] comprehensis[e]. Sed quid si inchoetur ꝓcessus super supplicatione q̄ nō pōt iustificari nisi ꝑ testes. ⁊ pars rea nō cōparet an concedentur precise in cōtumaciam vide q̄ scripsi.j.q.xcix. Sed quid dicemus de litteris cōpulsorijs obtentis super instrumento obligatorio cum appositiōe diei quid operentur videtur quod tantūmodo habeāt vim simplicis citationis s̄m bar. ⁊ Jaco. but.i.l.actione.C.de transac.⁊ Joā.fab.§.omnium insti.de acti. sed s̄m statuta dalphinalia sub rubrica de litteris cōpulsorijs ⁊ precisis concedendis tales cōpulsorie habent vim petitionis. Crederē tñ quod alie littere iudiciales impetrate ad postulationē et expositionem partis absque aliqua iustificatiōe per instrumētum publicum si tales lr̄e cōcedantur cū oppositiōe diei quod habēt vim simplicis citationis s̄m bart.in.d.l.i.⁊ an.bu. et io.fa.in locis s̄.alle. Sed an reus volēs opponere alias excep.cōtra cōpulsorias quā s̄.enumeratas i.d. statuto debeat audiri. Uide q̄ plene scrip. in apparatu meo quem feci sup dicto statuto de litteris cōpulsorijs et precisis concedendis per discursum illius tractatus.

Questio.lxvij

Judex in s̄nia sua potest reo cōdēnato reseruare exceptionē solutionis;

a Sine licentia superioris. Inno. nec de licentia si agatur criminaliter vt ꝑ docto. goffre. in summa de testi. cog. ⁊ inno. in.c. dilectorū.eo.ti. Et de clerico hoc est planū vt ibidē dicit dñs Joā. andr. in nouella circa finē querēs quid de laico qui forte aspirat ad clericatum idcirco in causa sanguinis deponere Respon. honestius esset ipsum non cogi etiam in foro ciuili. quinetiam non posset.

b Et de hoc d̄ boni liberorum. ista iura nihil ad materiam subiectam. quin immo sic titulum inscriptum nunquam me legisse recolo. et ideo huiusmodi iura hic posita mendose et corrupte vitio impressoris fuisse existimauerim.

c Cōsueuerunt. pro hac consuetudine facere videtur. ar. eius quod habetur in.l. iij.§.si.ff. de testi. Ubi p̄textu cōsuetudinis pōt quis alterius fritorij ad ferendum testimonium compelli. vt dicit glosa. j. in. l. sed si quis. ff. quē ad. test. aperi. Sed contrarium autē. apud quos opor. colla. vi. et in aut. de sanctis. episco. in.§. deo amabiles. colla. ix. ⁊ in. c. ecclesia sancte marie. extra de constitu.

d Realē solutionem expen. Sunt autem expense contumaciales statim soluende antequā cōtumax audiatur in.c. finem. in glo. i ver. expen. supra. de dolo et contumacia.

e Statutis dalphi. comprehensis. Uidelicet titu. de litteris compulsorijs. c. in quo quidem termino.

Nota quod septē sūt exceptiōes opponibiles aduersus cōpulsorias.

a ℭDicit bal.in.l.hic al.in.iiij.col.in ver.q̃ro.vbi format talẽ q̃ones iudex dicit in platione snie hoc mõ.cõdẽno te in.xx. reseruata tibi exceptione solutionis et pacti qb? probatis ex nũc te absoluo.pro solutione huius q̃stiõis.do.bal.pmo arguit p parte negatiua trib? rõnib? et totidem p parte affirmatiua. Deinde soluit cõtrariũ et deniq₃ resoluitur in ptẽ affirmatiuã dicens ꝙ putat iudicẽ hoc ex causa facere posse. et causã ibi dicit põt esse q: vrgebat iudex tpe statuto a lege municipali et sic non habuit ampli? deliberandi cõsiliũ. et p hoc cõcludere videbat. do.bal.in.l. quũ iudex. iiij.q̃ro.q̃d si iudex per formam statuti.et ℣.se. C.de sen. et interlo.om. iudi. ℭNota ꝙ realis oñsio ipsius instrumenti obligatorij ĩcõpulsorij cũ oppositione dici ob



Si iudex dicat cõdẽno te i.xx.reseruata tibi exceptione solutiõis talis sentẽtia non valet:vt dicit bal.a in.l. peremptorias.C. sniã₃ rescindi non posse. Nisi vt ibi ipse dñs bal. dicit iudex ita sententiaret ex magna et vrgentissima causa.et ita pluries vidi in iudicando obseruari in hac curia parlamẽti ex vrgẽti causa. Quia q̃nq₃ ipsa curia parlamẽti q̃n equũ sibi videtur reseruatius pbandi solutionẽ parti cõdemnate in executione sententie prefigendo tñ sibi certũ tẽp? infra q̃d ipsam solutiones probare habeat. Et ita etiã fuit factũ in sentẽtia lata p dictam curiam in manibus. Ioh.albi.in causa hieronymi de feliciano et illorũ de fontana die.xxiiij.mẽsis septẽbris. M.ccccliij.in q̃dã sententia fuit reseruata pbatio solutionis.xl.ducatorũ.

ℭQuestio.lxviij.

ℭSi tutor et similes administratores possunt petere salaria pro administratione vltra eorum.expensas.



Dominus petrus iacobi in titulo de actione mandati cõtraria. dicit ꝙ de iure tutor et curator nullũ salariũ petere possunt a pupillis vel adultis: sed solũ expeñ.vt in.§.tutores.isti. de obli.que ex quasi contractu. Quia dicit ipse illi gerũt mun? psonale absq₃ detrimento aut erogatõe sui patrimonij:vt.l.j.ff.de mu.et ho. verum nisi iudex in donatione tutorum eidem tutori statuisset salarium quod facere posset iudex vt notatur p bart.in.l. i eos ff.de tutelis.et in.l.a tutoribus.§. finali.ff.de admi.tu. Sed iuxta hoc quero de questione quam non reperio notatam per doc. An cõsules et syndici presentis ciuitatis gracionop.qui hoc anno currẽte. M.cccclij.in redditione suorũ cõputorum petierũt salaria sibi solui pro certis viagijs et laboribus p eos ad causam eorum sindicatus sub stentis p et noie hmõi ciuitatis bene moti fuerint hoc petere. Ego credo ꝙ nõ:q: nullũ salariũ eis debetur nisi tñmodo expense bonafide facte cadẽ ratione sicut dicimus in tutore et curatore q: sicut tutor et curator gerit munus psonale sic etiã₃ syndici et cõsules ciuitatũ q: ille dicit gerere munus personale q̃ gerit sollicitudinẽ et vigilãtiã absq₃ erogatiõe sui patrimonij. vt notatur plene per bar.et doc.in.l.placet. C.de sacrosan.eccle.et in.l.rescripto.§. fi.ff.de mu.et ho. Ideo cũ sit eadẽ ratio in syndico que est in tutore idẽ ius statui debet et silr iudicari de syndico sicut de tutore iuxta.l.nõ possunt.ff.de legi. Et q: dicti consules gracionop.inter quos erat reinard? fabri allegauerũt consuetudinẽ fuit pptere a summaria inquisitio facta qualis consuetudo circa hoc hactenus obseruata fuisset. Et fuit repertum per dictam curiã₃ parlamenti multorum relatiõe ꝙ ipsi consules nõ consueuerũt habere nisi tñmõ sumptus et expensas per eos bona fide factas. Ideo in ɔsilio in quo erant oẽs dñi mei de plamento et cõputorũ dalphi.fuit ɔclusũ₃ dictos ɔsules nõ posse petere salaria s₃ solũ expeñ. Et istud est notandũ p futuris syndicis si petere vellent salaria. Sed etiã silr negociorum gestor non põt salarium petere nisi tñmõ expeñ. vt.ff.de cog.q.l. ij.in fi. Idem in procuratore ad negocia et mandatario qui non possunt petere aliq̃d salarium nec per actionem mandati ɔ̃ria nec officio iudicis nisi fuerit cõuentũ.l.salarium.ff.mãdati et C.eo.l.salarium. Sed solum sumptus bona fide factos petere possunt actione mãdati ɔtraria.ff. mandati.l.ideq₃ §.idem labeo. Nisi excesserit mandatum tũc enim non possent etiã₃ expẽsas petere insti. manda.§.is qui exeq̃tur. Itẽ silr testis nõ debet habere salarium q: non debet vendere officium vt i.c.nõ sane.xiiij.q.v. sicut nec iudex vt ibi iudex tamen ex officio suo facit eis dari sumptus cõpetentes a pducẽte eos.vt.C.de testibus.l.q̃m libere. Testes eñ licet in lucro esse nõ debeant tamen officium eis non debet esse dãnosum vt.ff.quemadmodũ testa.ape. l.sed et siquis. Crederem etiam ꝙ si esset vnus laborator aut ali? qui quotidie lucrantur eorum dietas ꝙ de iure deberent eis solui salaria qualibet die vltra expẽsas aliter officium esset eis damnosum quod non est dicendum. Et ita seruat stilus curie presentis parlamenti dalphina.circa testes Sed quia quotidie videmus ꝙ dñs

tentis facta.aliquid operatur.

ℭNota ꝙ vbi cadit munus psonale tñ absq₃ erogatõe patrimonij nullum salariũ peti põt sed tñ sumpt? moderati.et hoc verum nisi esset de psonis qb? ex offõ ius dicit vt.ff.de va. et extra ord.cog.l.j. cũ.l.seq. Vl' nisi eẽt persona q̃ ɔsueuisset locare opas suas. ff.pscri.℣.l. si tibi. do. io.fab.insti. de mãdato. §.fi. et quo ad hec. vide ibidẽ do.an gc.de aret.in gl. mercede vide de hijs oibus spec. in ti.de salarijs.in pmo volumine et ɔiunge cum hac pñti q̃stione et habebis materiã salariorũ expeditam.

a ¶ An de legati.iudices delegati a principe in cā maiore.c.aureorum accipe possint duos aureos ab vna q̄ꝙ pte ī ptestatiōe litis et alios duos in fi. et īsup a fisco percipiunt duas libras auri vt in auf.de iudic.§.ne aūt colli.vj. iudices aūt delegati ab ordinarijs non est lege expressuz ꝙ tū habere debeant.sed ī hoc fori consuetudo inspicienda ē. Alicubi em̄ eis pstatnr. decima ps litis.alicubi vigesima alicubi tertia. ita dicit do.azo.ī sūma C.de spor.

b ¶ In sacris videlz in versi.z si apud arbitruz.Et est iij.lex q̄ icipit ī sacris.

noster dalphin⁹ z spectabilis domin⁹ eius cancellari⁹ cōmittunt cās hincinde.An ipsi delegati[a] advnā causaz possint aliqd petere a partibus p eoꝝ laboribus Pe.iacobi.vbi.s.dicit ꝙsic ne labor sit sine lucro z idem dicit ipse in iudicibus deleg.ab alijs ordinarijs iudicib⁹.Et istud comprobāt statuta dalphinalia q̄ volunt ꝙ delegati recipiant a partibus vnū florenū in principio cause z vnū aliū in fine cāe. Item silr psenēta h3 salariū a partib⁹.l.j.ff.de psenetis.Item silr arbiter salariū a partib⁹ pōt recipere videlz vnuz aureum.vt.C.de proximi sacro.scri.l.in b sacris[b].lib.xij.

¶ Questio.lxix

¶ Si cōpromitti possit in dños parlamenti tanꝙ in arbitros iuris.



Licet forte subditi dalphi. cōpromittere non possint de iure ī dños meos hui⁹ curie parlamenti tanꝙ ī arbitros cum sint iudices ordinarij.possunt tamen compromittere in eos tā c ꝙ in arbitratores.[c] et amicabiles cōpositores ſm dominum barth.de saliceto in.l.si q̄ ex consensu.C.de epi.audi.Licet contrariā opinionē tenerēt ia.de ra.pe.z cy.vt ibidē refert salicet⁹ Et rationes quare nō possit compromitti in iudicem ordinarium tanꝙ in arbitrum ponit ibi salicetus.Tamen de stilo z cōi obseruantia hui⁹ parlamenti seruatur opinio saliceti quia in ipsos dominos parlamenti cōpromittitur tāꝙ ī arbitratores z amicabiles compositores.Et quandoꝗ etiaz tā d ꝙ in arbitros[d] prout factum fuit in causa domini clarimontis z dñivignaici vt.s.in trigesima nona.q.tetigi.Et ita tolleratur z obseruat ꝙ in eos cōpromittitur etiaz tanꝙ in arbitros iuris.Et ita etiaz permittitur per dominum humbertum dalphinum quando ipse instituit consilium dalphinale vt scripsi.j.q.cccccliiij. Sed quero iuxta premissa an de causis beneficialibus in hac curia parlamēti in materia possessorij ventilatis possit compromitti in dominos parlamenti.videtur ꝙ non. Nam de re spirituali non potest in iudicem laicum compromitti. vt in c.contingit extra de arbitris.licet bene valeat compromitti in laicum z clericuz autoritate episcopi vel archiepi e scopi[e] vt in.c.per tuas eodem titu. de arbitris.Sed in casu proposite q̄stionis dico ꝙ potest de tali re beneficiali in materia possessorij compromitti in dños ǒ parlamēto qꝛ possessoriū etiā in beneficialibus nō est spūale sed tēporale vt plene tetigi.s.q.Et ita ēt vidi in hac curia seruari. S3 an in compromisso fiendo requirat speciale mādatum.dic ꝙsic per.c.tuas.extra de arbitris in ātiqs De cōpromisso facto siue de pfixiōe termini vide que plene dixi.j.q.ccxl.De materia submissionis ad hanc curiā parlamēti vide que dixi j.questione.ccclxx.

¶ Questio.lxx.

¶ De clausula.Si de premissis vobis constiterit in rescriptis principium apponi solita.



In cōmissionibus q̄ cōcedūtur quotidie per dñm nostrū dalphinū z in eius cancellaria apponitur vt plurimū illa clausula.Si vobis de premissis constiterit zc.Iuxta hoc quero an partes quorum interest debeant vocari z audiri anteꝙ exequat talis commissio. Dic ꝙ sic quia aliter non dicitur nec potest constare de assertis ī rescripto nisi vocatis partibus quorum interest z in figura iudicij vt no.inno.in.c.dudum.extra de presumptionibus.circa fi.Et ita fuat in hac curia.Et de hac clausula si tibi cōstiterit in litteris iusticie vel gratie vide plene z notabiliter per bald.in.l.non dubium.C.de legib⁹.ibi iuxta hoc quero nunquid hec clausula zc.Et de materia rescriptorum z clausularum derogatoriarum in scriptis apponi solitarum vide que plene dixi in tractatu per me guidonem pape compilato qui intitulatur tractatus rescriptoruz z clausularum derogatoriarum z non obstētiarū in rescriptis principium apponi solitarū.qn̄ pricēs cōmittit causam si ponat in eo verbuz compellatis ordo iudiciarius est seruandus.c.olim de iniurijs.Idem de verbo ingratis vt notatur in.c.exhibita.de iudi.Idē dicatur de hac clausula si ita est vel si tibi constiterit. vt notat. hostien.in.d.c.exhibita.Idez si dicatur vocatis partibus.vel vocatis euocandis.vel si veritate fungant.vel cognita veritate.vel iusticia mediante.vel sicut de iure fuerit.vel quod canonicū vel quod iustuz Talis em̄ delegatus a principe debet in figura iudicij pcedere.Idem si committitur sub illa forma ea q̄ de bonis

c ¶ Et arbitratores. Ita tenent doctores odofre.cy.z bal.in.l.si q̄ ex consensu C.de episco.audi.et do.barto. post glo. in.l.sed si in seruum §.si quis iudex.ff.de arbitris.

d ¶ Et q̄ ꝙ in arbitros. Istud etiaz seruat ǒ iure canonico vt dicit do.bar.inal le.l.sed si in seruum.§.si qs iudex.et do.innoc.in c.ex pte.circa fi.ī suagl. cognoscere extra de arbit.z eo.ti. do.gofre.in summa.

e ¶ Epi vel archiepi.immo autoritate iudicis cause h̄ fieri pōt siue ex delegatione siue ex iure ordinario cognoscat vt dicit do.inno. in dicto.c.contingit.

...ꝯ partiū de ... ex def... ... n. 574 ... fol. 58.

a ¶ Inno.in.c.epi. Videlicet i pn.in gl.sua ad ius ecclesie iuncto ibi itē nō videt nobis. Et circa fi.ibi: idem quod dictum est videas de duabus clausulis videlicet quicquid post arreptū inueneris iter attem ptatū vel post litē ceptā studeas in statum pristinū reuocare. In quolibz quoqz procedendū est in forma iudicij.

b ¶ Mixtus execu tor. Execu torū alij sūt meri alij mixti alij vero partiz mixti par tim meri de quibus vide per.do.inno. in.c.de cete ro extra de sen. et re iu dica.vbi la tius abbas

c ¶ Ut di cit inno.di ctum dñi in no.non in telligitur in casu in quo agitur inter dicto recu perāde pos sessionis.nā tali iudicio agenti que stio etiā nō canonice in stitutiōis re ferri nō po test qa spo liatus etiaz si predo fo ret fm rigo rē iuris añ oia venit re stituendus vt in.c.in lit teris. extra resti. spoli. et ibi est ca sus rotūd9 vbi vero age retur inter dicto retinē de possessio nis tunc bñ admittūtur probatiōes concernen

alicui9 inuenerit alienata studeat ad ius et pprietatez ipsius reuocare.vt te net inno.in.c.epi[a] de re.eccle.non alie. Idē super vsuris restituendis et super iniectione manuum violentarū et decimis vt.d.c.olim.qm talis mixt9 executor[b] censetur et exceptiones admittere tenetur vt de offi.deleg.c.ex parte lo.ij.et.C.si cōtra ius vel vtilita tem publicā.l.et si non cognitio.et.C.q res oblig.pos.l.i.et super oibus que ad ipsam causaz pertinēt recepit potesta tē.c.preterea.de offi. dele.et.c. pruden tiam in fine et.ff. de iurisd.om.iu.l.ij.

¶ Questio.lxxi.

¶ Ad corroborationez possessorij ad mittitur pars volens deducere petito rium in beneficialibus.



Iudex laicus est iudex cō petens in materia posses sorij causarum beneficia lium quia possessorium non est spirituale sed tē porale vt plene dixi.s.q. j. Sed iuxta hoc quero. Si agat pos sessorio in curia tēporali an partes de beant audiri volentes deducere mate riā petitorij ad corroborationem pos sessorij. Et videtur qz non: quia quan do agitur possessorio non admittun tur probationes de proprietate, vt di cit Inno.[c] in.c.super hoc in glo.ma gna circa finem in versi. sz queres qua re etc.extra de renunciatiōe. Credo ta men contrariū per ea que ponit spe. in ti.de testi.§.nūc videndū.in.ver.Sz pone ibi dum dicit.tamen de manda to dñi nostri pape clementis etc. Et fa cit qz in materia interdicti vti posside tis ille qui potiora iura pbat in peti torio obtinet in possessorio iuxta[d] ea que legunt et no.in.c.licet.extra de pbatio.et facit.c.ad decimas de resti. spo.li.vj. Et ita seruat stil9 presentis curie parlamēti qz aliter nō posset ob tineri bñficiū sine canonico titulo iux ta regulā iuris beneficium etc. Iuxta hec quero an iudex secularis habeat aliquam coertionem in clericum et eius bonis spiritualibus dic qz sic i tri bus casibus qui ponūtur per gl.in.c.

tes titulum seu proprietatem rei. Et de hoc e tex tus apertus extra eo.ti.c.audita querela.

c ¶ Obtinet i possessorio.ita tenet do.āge.de are. qui hanc materiam nō inelegāter psequit in.§.qua druplex.vj.char.prima col.in fi.in versi. item dix.

d ¶ Secus si ad denunciationem partis priuate. et hoc verum nisi iudex ex officio re peteret te stes pp̄ter confusa seu obscura di cta suarum depositio nū vt sentit do.ino.i.c. per tuas.et in al.c.cum clamor et post eū do. io.an.in no. et do.fely.et ibi glo.ma gna etc.men ti tenendu3 qd inibi sin gulariter di cit do.inno. videlicet qz etiam ad pe titionē par tis post pu blicationez testes pos sunt de no uo recipi nō autez ad de clarandū di cta priorū testium ob scura sed ad confirman dum priorē pbationem ipsius pdu centis. Et huius dicti ponit exem plū per do. inno.et ioh. an.ac fely. in loco pre allegato.

tua.lo.primo de decimis.

¶ Questio.lxxij.

¶ De testium repetitione post didi scita testificata.



Quando iudex pcedit ex officio si testes pro secre ta informatiōe examiati clare nō deposuerint aut al's attestatiōes fuerint nulliter sumpte ipse iudex potest eos iterato facere examinari etiaz post pu blicationez et dedidiscita testificata quia in eo non est aliqua mali presumptio vt no.inno.in.c.cum clamor. extra de testibus Et ita etiam tenet bald.in.l. presbyteri.C.de episco.et cleri.ibi iux ta primam expositionem etc. Et ita vi di seruari in hac curia in pluribus cau sis fiscalibus motis et ventilatis ex of ficio curie. Secus si ad denunciatio ne3 partis priuate[c] propter timorē subornationis.iuxta.c. fraternitatis. extra de testibus. Nisi attestationes partis priuate denunciātis essent nul le et inualide.puta defectu partis non citate visurū testes iurare aut alio vi cio nullitatis. Tunc enim per viam re stitutionis in integrum ex clausula ge nerali subueniretur parti priuate vt te stes sui iterato examinentur: non obstante qz didicerit testificata vt dicit no.Jo.an.in.c.auditis.extra de in in tegrum restitutio.in antiquis. Idem si testis post examinationem reperia tur excommunicatus nam tunc etiam iterato possit examiari.vt dicit bart. in autenti.qui semel.C.de probationi bus.vide franciscum de zabarellis in clemen.fi.de testibus.ita seruat hec cu ria. Sz quero iuxta hoc quid si testis repetitus se referat sue prime deposi tioni inualide. An valeat eius deposi tio. vide bartho. in.l. legata inutili ter.ff. de le.j.et inno.in dicto.c.auditis De casib9 spūalib9 in quib9 astatiōib9 publicatis possunt alij testes examia ri.vide que scripsi in.q.cxxiiij.et.q. ccj. in causa etiam matrimoniali possunt alij testes examinari publicatis testi bus et didiscitis immo et post senten tiam pro quo vide no.in.c.j.extra de

a ¶ Ut no. Inno. Caue q2 dñs innocē. non loquit de huiusmodi interrogatorijs que facit pars testibus productis cōtra se. de quibus ⁊ eorū forma habetur per glo. in ver. interrogatoriis. in. c. ij. de testibus lib. vj. Sed loquitur de illis q̇ iudex habet facere super capitulis que sunt circa principale negocium. vel ei annexa vel potius sub eis comprehensa vt puta itēditur probari prescriptio. Iudex autē l3 nō fuerit capitulatus siue articulatus debet querere de titulo de cōtinuatione temporis ⁊ de bona fide. De alijs vero interrogatiōib9 que fiunt testibus super circūstātijs non contingentib9 principaliter negociū principale. de q̇bus no. i. c. cū cām. §. j. ibi ⁊ de singulis extra de testi. si iudex aliquas vel eas omiserit non est iteranda interrogatio qm̄ tātū de his querit v3 testiū fides discernatur. ⁊ istud est verum nisi super huiusmodi fuisset articulatum ⁊ tunc si articuli fuerint admissi et iudex aliquid omiserit super illis bene iteraretur interrogatio. Et ita intelligitur do. inno. in alle. c. p tuas in sua gl. negligenter. Nā interrogatoria q̄ facit pars testibus productis contra se nō debēt approbari siue admitti partibus presentibus. Et illa non sunt danda pducēti. ⁊ si iudex hoc faceret grauiter peccaret cū hoc nihil sit aliud q̄ partē pducētē munire in instructione et subornatione testium vt cōcorditer ad interrogata respondeāt ne possit falsitas deprehendi. Propter em̄ duo inuenta sūt istiusmodi interrogatoria. videlicet ad deprehēsionem falsitatis. ⁊ instructionem iudici siue recipientis testes. Ita no. dicit domi. Johan. andree in dicto. c. per tuas in glo. prima ibi testes interrogari.

cōsanguinitate ⁊ affinitate. Sed quid si testes non fuerint examinati ꝑm interrogatoria tradita a parte. an poterunt super omissis interrogatorijs repeti post didiscita testificata. dic q2 sic si interrogatoria partib9 presentibus fuerint per iudicem admissa vt no. innocē.[a] in. c. per tuas. extra de testi.

¶ Questio. lxxiij.

¶ An iudex temporalis possit capere clericum in flagranti crimine ⁊ eum incarcerare absq3 metu excommunicationis.



Iudex secularis potest capere aut capi facere clericū in flagrāti crimine. ⁊ eū incarcerare absq3 metu excōmunicationis ar. l. ij. C. de exhi. ⁊ trāsmit. reis. dūmodo ibi nō sit iudex ecclesiasticus q̇ eū capiat aut capi faciat. xxiiij. q. iiij. nō īferenda[b] ⁊. c. se. Et hoc verū dūmodo remittat eū statī iudici ecclesiastico timore sanctionis. c. nuper extra de sen. excōi. et eorum que dicit ibi io. an. Et ita etia3 se habet stilus ⁊ communis obseruantia omnium curiarū presentis patrie dalphi. Quandoq3 tamen aliqui fatui officiarij temporales non in ipso delicto. sed post crimen commissum clericos capiunt ⁊ incarcerant ⁊ q̄nq3 differūt remittere iudici ecclesiastico. S3 malefaciūt ⁊ incurrūt sen. excōmunicationis ipso facto a qua nō possunt absolui nisi per sedē apostolicā iuxta. c. si quis suadente[c] diabolo. xvij. q. iiij. Et prius satisfacto parti lese et iudici ecclesiastico. Cuius iurisditio fuit vsurpata iuxta. c. penulti. de immuni. eccle. li. vj. Et p̄missa v̄a sunt in clerico soluto. In clerico autē coniugato[d] etiam cum vnica virgine putarem dicendum q2 talis clericus possit capi p iudicem secularem in flagranti crimine etiam in presentia iudicis ecclesiastici. Si non sit in habitu clericali. nec habeat tonsuram clericalem ⁊ non tenetur talis iudex eum remittere iudici ecclesiastico donec ipsius per ipsum iudicē secularē cognito si debeat gaudere priuilegio clericali vel ne. per ea q̄ dixi. j. q. cxxxviij. Sed iuxta premissa quero quid si clericus ducatur p officiarios temporales an poterit eis impune aufferri. dic q2 sic. q2 ꝯmittūt illicitū pro hoc allegat. l. j. §. hec v̄ba. ff. ne vis fiat ei qui. ⁊. ff. ne q̄s eū q̇ in ius vocatus. l. j. in. fi. ⁊. ff. si quis in ius vocatus non ierit. l. ij. in fi. Quod est verū vbi cōstat eū eē clericū. al's secus vt. ff. de iudicijs. j. si quis ex aliena. De hoc etiā tetigi. j. q. cccclxxix. in fi. quando et ex quibus causis quis possit capi vi de barth. in. l. cum eo aūt. ff. ad. l. iuliā peculatus.

¶ Questio. lxxiiij.

¶ An sñia diffinitiua vel interlocutoria super tortura vel crimine lata debeat exequi infra. x. dies qui dātur ad appellandum.



In causis ciuilibus si appelletur[a] ab interlocutoria iudex a quo potest semper procedere in causa donec eide3 fuerit per iudicem ad quem inhibitu3 nec attemptata post appellationem reuocantur per iudicem ad quem iuxta. c. non solum in fine de appella. lib. vj. Quod secus est si appellet a diffinitiua quo casu iudex aliquo nō pōt ad executionem sue sententie procedere do...

b ¶ Nō inferenda. Credo q2 vult allegare capitulu3 non inferenda. Sed illud capitulū cū se. non dicit hoc sed est in argumento inducibile iuncto. c. nō inuenit cū se. eadem. q. Istud autē q̇d hic dicitur sentit domi. inno. in c. si vero. j. in gl. sua ex deliberatione d̄ sētētia excōmunica. iuncta sua glo. plato. in fi. in. c. vt fame eode3 titulo.

c ¶ Iuxta c. si quis suadente. Credo q2 pena illius. c. non vēdicat sibi locū in hoc casu quo ad hoc vt absoluatur per sedē apo. na3 loquit illud c. si q̄s suadente. de illo qui percutit clericum temere: non de illo qui capit clericū de quo loquit. c. nup de sñia excōmunicationis. vbi nō dicit q2 talis teneat p absolutionis beneficio obtinendo cōspectui ro. pō. se presentare ergo non est dicēdū cū nō sint extendenda de pene. vt. l. pe. ff. de penis.

d ¶ In clerico autē cōiugato. De hoc dic ꝑm q̇d hr ⁊ no. p tex. ⁊ doct. in. c. vnico. ⁊ domi. archi. ioh. and. ⁊ pe. de ancha.

a ¶ Iudiciorum ad torturam. Puta fo. cxxxiij. §. Inter locutoria pretormentia. ver. item lata.

nec lapsis decez diebus. ¶ Et attēta ta infra illos dictos decem dies ⁊ etiā ante appellationem reuocātur per iudicem ad quem ⁊ hec plene leguntur ⁊ notantur in dicto.c.non solum de appel.lib.vj. In causis autem criminalibus si seruatur sententia itelocutoria super tortura iudex non debet pcedere ad executionem sue sentētie interlocutorie siue tunc pars appellet siue nō sed debet expectare lapsum decem dierū ita dicit pe.Ja.i ti.super accusatione furti libellus in materia iudiciorū a ad torturā[a]. Idem etiā dicendū puto de iure in sententia diffinitiua in causa criminali lata a fortiori ratione cum in executiōe eiusdē maius periculum emineat. Ideo debet iudex expectare lapsum decē dierum qui dantur ad appellandum. Nisi esset conuictus ⁊ ꝯfessus qꝛ talis nō auditur appellās iuxta.l.ij.C.quorum appellatio.nō reci. Sed quicqd de iure sit contrarium seruat̄ in hac curia parlamēti ⁊ in ceteris curijs dalphinatus. Qꝛ pceditur ad executionē talis sententie interlocutorie in criminalibus etiam infra decem dies nisi fuerit appellatū ⁊ inhibitum. Quandoqꝫ tñ ƀm casus exigētiam ⁊ qualitatez personarū expectat̄ lapsus decem dierum. Et sic hodie de consuetudine ⁊ stilo curiaruz respectu interlocutorie ad torturaz cōmittitur arbitrio iudicātis. Sententie vero diffinitiue in causis criminalibus platis indistincte mandantur incōtinēti executioni ita ꝙ nō expectatur lapsus decem dierum.ƀm opinionem baldi in l. addictos.C.ƌ episc.audiētia. Que opinio bal.hoc casu obseruatur etiam de stilo curiarū pn̄tis patrie dalphi.nisi cōdemnatus appellaret ⁊ incontinēti inhiberetur per iudicē appellationuz tunc em̄ iudex a quo supersederet ab executione nisi, vt .s. dixi esset conuictus ⁊ confessus.

¶ Questio.lxxv.

¶ De appellatōe ab iterlocutoria ⁊c.



Sed circa hoc ꝙ proxime dixi.s.de appellationib⁹ ab iterlocutoria. Est aduertendum quia in causis ciuilib⁹ ex statuto nouissime per dominuz nostrum ludouicum dalphinum viennensem; de anno domini. M.cccclix.edito appellationes ab interlocutorijs sunt sublate nisi in casibus a iure ciuili permissis videlicet que in diffinitiua reparari non possunt iuxta.l.ante sententie cū ibi notatis per salicetū et doct.C. quorum appellatio non recipiuntur.⁊ plenius per bal.in.l.ij.C.de epi.audi.ita ꝙ hodie in appellationibus ab interlocutoria non seruantur iura canonica sꝫ iura ciuilia. Sed qui sunt casus in quibus de iure ciuili admittitur appellatio ab interlocutoria dic ꝙ multi sunt casus speciales Primo videlicet quādo iudex pronunciat aliquē.esse q̄stionādū.ff.de quo.appel. b reci.l.ij.[b] Item quando iudex interloqtur fideiussores esse idoneos ⁊ non sunt.ff.qui satisda.coguntur.l.arbitro Item si copia actorū denegetur.C.vt lite pendente.l.ij. Item quādo iudex tutoris excusationem legitimā nō admittit.ff.quando appellandum sit.l.ij. ⁊.l.vltima et.l.si quis tutor co.titulo. Item quando iudex iussit pecuniam solui minori sine tutore.ff.de minori. l.ita pretor.§.permittit̄. Itē a falsa cōsultatione vel relatione.ff.co.l.j.et.l. j.⁊ vltima.ff.quando appellādum sit. et nota.in.l.j.glo. vltima de relationibus. Item ab iniqua interpretatione sententie.C. quorum appel.non recipiuntur.l.ab executore. Itē qn̄ iudex pronunciat se esse vel nō esset iudicem cōpetentem no.per glo.in glo.finali i fi.C.ne filius pro patre auten.habita. Item qn̄ interlocutoria est talis que incontinenti debet mandari executioni vel forte totam causam determinat vt no.ff.de mino.l.intra.⁊ not.in.l.ante sententie.C.quorum appellationes non recipiuntur. Item a pronunciatione executoris dicta.l.ab executore. Alios speciales casus in quibus ap c pellatur ab interlocutoria [c] vide per speculatorē in titulo.de comparatōe in termino in.§.vnico in fine. Sꝫ quid si iudex admittit libellum ineptuz an possit appellari a tali interlocutoria de iure ciuili.credo ꝙ sic.quia sic reus cogeretur producere super facto quod non potest reparari.l.in bello.§.facta ff.ƌ capti.ita tenet bal.in dicta.l.ij.de episcopali audiētia in questione que incipit. Quinto queritur vtrum idem si libellus sit obscurus.c. significationibus.ƌ libelli oblatione.⁊ dominus baldus vbi supra q̄stione.iij. Sexto q̄ritur vtrum sententie que proferuntur in executionem iudicati sint interlocutorie dic ꝙ sic:vt expsse innuit barto.in.l.ij.ff.de appellatione recitan

b ¶ l.ij. Et ibi.do.bar. qui amplectitur lecturam do.io. tāꝗ verā dicentis ꝙ ab interlocutoria q̄ infert grauamen qđ non pōt reparari p appellationē a d.ffinitiua appellari pōt.

c ¶ Casus appellatur ab iterlocutoria. Vide do.bar.in.l. ij.ff.de app. reci.⁊ bal.in l.is.C.ƌ epi. audi.⁊ azo. in summa. C.de appel. §.appellare quis potest

ad.m.3. 4v. 69. mpr. e nao podera algua dos p. appellar.

a Ult.§.fi. Textus ille hoc videtur innuere ibi per principes aūt alios dños temporales. Et facit l.si qs presbiter.C.de epis.τ cle.τ istud expresse dicere videt dñs alexan.in addi.ad dñm bart.in.l.p̄ma in apostilla fiscus.C.de bonis vocantibus.lib.x.

b De bonis vacantib9 li.x. Immo videt q plures sint fisci vt videt innuere allegata.l.i.dum dicit fisci. nostri rationibus vendicandas. frustra enim adderet illud pnomē nr̄i nisi essent alij fisci qui ad alios ptinerent. Et ad idē.l.penul.ibi fisco nostre mansuetudinis. C.de conue.fis.debit.li.x.et.l.fi. Ibi et fisco nostro loc9 pateat. C.de peti.bo.subla.lib.x. Nā ciuitates que iura fiscalia p̄scripserunt vel q̄ ea habent ex ꝓuilegijs a sūmo pontifice vel imperatore concessis vel domini terrarum qb9 talia ꝓuelegia sunt cōcessa qui etiaz in suis terris hn̄t iura fiscalia ex ꝯcessu vel largitione p̄ncipis. Al's nō pn̄t talia iura habere: que sunt soli principi reseruata. ita no.dicit dñs bal.in.l.j.in ti.C.de here.vel ac.vendi. Et sic persone p̄dicte ex causis p̄dictis hr̄e possunt fiscū. sed ip̄roprie. Qr fisc9 ē archa imp̄ialis vl' camera imperij.d.bar.in.l.j.C.de iure fi.lib.x.τ ideo nulla bursa dicit fiscalis pprie loq̄ndo nisi bursa p̄ncipis vel reipu.romane: vt per dñm bald.in alle.l.i.C.de here.vel acti.vendi.

c Quilibet habet fiscum. hoc intellige sm qd dicitur τ no.in proxima apostilla preceden.

d Auc.bona dānatorū. Que ē.C.de bo.p̄scri.et dāna. Quā quidē auc.nō intelligas ita rude sed ad eius rectam intelligētiā vide.d.bar.in.l.i.ff.de bo.dāna.et aliq̄d p dñs pe.d ancha ra.in.c.cum sm leges de hereticis libro sexto.

da.et dicit expresse petrus Jacobi in titulo de actione in factū ex re iudicata.in.§.sz q̄d erit preses vel alter iudex mixtum τc.in fine ibi licet secus sit cuz appellatur a diffinitiua.τc.ibi clare videtur dicere q pronunciatio super executione sententie est interlocutoria. etiā plene scripsi i notabilib9 meis in §.ois pronunciatio et in multis.§.ibi sequentibus fo.clviij. Etiam de appellatiōe ab interlocutoria scripsi.s̃.q.xj.τ qōne.xvj.τ.q.ccccxxxvj.l

Questio.lxxvi.

De bonis dānatoꝝ i crimīe heresis

SI in terra alicuius bannereti habētis territoriū limitatū cuz omnimoda iurisditiōe aliq̄s suus homo condēnet de heresi an ei9 bona debeant cōfiscari τ applicari fisco τ erario dñi nostri dalphini vel ipsi bannereto. Veritas ē q debent de iura talia bona confiscari et applicari bannereto. vt vult textus in c.cū sz leges.§.fi.[a] extra de hereticis.lib.vi. Quia licet videatur q non sit nisi vnus fiscus iuxta.l.primam.C.de bonis va.[b] li.x. Tamen quilibet habens merum imperium hz fiscuz[c] ex quadā consequentia q̄ntū ad cōfiscationē τ annotationez bonoꝝ et setentia ꝯtra criminosum lata. Et sic intelligitur auctē.bona dānatorū[d] Nō tamen dico q fiscus bānereti habeat p̄uilegiū in tacitis hypothecis vel similibus sicut hz fiscus dñi nostri dalphini. qr ille q̄ habet merū imperium pōt illud exercere sine talibus priuilegijs ita notabiliter dicit petrus iaco. i tit. de condi.ex.l.insti.de actioni.in.§.quadrupli[e] Et ita in terris bāneretoruz vidi seruari maxime in mandamento montisfluriti in certis eorum iudicijs per iudicem montisfluriti de heresi condemnatos. Quod intelligendum est de bonis existentibus in dalphinatu. Alia vero extra dalphinatum existētia appelicarentur illi fisco in cuius territorio sunt[f]: quia omnia bona vbicunq ex eadem sententia absq nouo processu sunt hincinde confiscata: ita tenet baldus.l.cunctos populos.C.de summa trinitate τ fide catholica circa finem. Ibi vlterius queritur de effectu pene τc. Et de hac matera cui debeant applicari bona dānatoꝝ de heresi vide henri.bohic.in.c.vergentis.extra de hereticis.τ in.c.quibusdam.de pe.in antiquis.τ ibi plene tangit cui applicantur bona laicorum τ bona clericorum. Sed an talia bona sint confiscata ipso iure vel requiratur sententia dic q ipso iure[g] vt dicit text9 iuncta glo.in.d.c.cum secundum leges. Sed quid de confiscatiōe in crimine lese maiestatis vide que scripsi.j.qōne.cccxlj. Et de materia dicte auttentice bona damnatorum vide plene in feudis in ti.de pace tenenda τ eius violatoribus. Et cui debeant confiscari bona illius qui seipsum interfecit vide doc.in.l.ij.C.qui testamē.facere possunt. Sed quero si condēnatus de heresi vel crimine lese maiestatis āte cōdēnationē aliqua alienauerit an fiscus alienata possit repetere a tertijs possessorib9 Et si possit repetere seu vendicare an fiscus teneat preciū emptoribus restituere[h] vide plene p cy.in.l.fi.C.ad.l.iul.ma.

Questio.lxxvij.

De porogatione iurisditiōe τ actōe reali cōtra clericum intentāda.

e Pe.ia.in.§.q̄druplici.videlz in iiij.col.in.§.item dicunt p̄sides. Nisi item licet videatur.

f In cui9 territorio sunt. vide.do.io.an.et do.pe.d ancha.in di.c.cū sz leges.de hereti.libro sexto.

g Ipso iure. sz apphēsio bonorū nō dz fieri per.d.seculares nisi prius pnunciatū fuerit sup crimine per iudicez ecclīasticum qui hoc possit tamē ex quo est secuta dānatio effectus huius dānationis trahitur retro ad diē cōmissi criminis. Et ideo ex die cōmissi crimīis videt interdicta ipsi facinoroso alienatio.ar.C.ad.l.iul.ma.l.q̄sq̄s.§.emancipatio et.C.de aposta.l.apstatarū.i.rn̄so.vt dicūt.d.archi.iohā.an.τ pe.d ancha.i pla.c.cū sz leges.

h Preciū restituere dicendū ē q nō nisi p̄ciū iueniat in bonis ipi9 hr̄ticis vt sentire vid.do.doc.i pal.c.cū sz.ll.

a De stilo.p stilo facit q adiectio iuramēti mutat forū vel saltē accumulat forū foro primū tenet do.archi.i.c.cū a laycis.z ibidē scdm tenet.d.io.an. de fo.compe.lib.vj.

b Sine consensu iudicis cuius iurisditiōi subest istud esset verū in casu quo vasallus alicuius dñi habentis sup eum iurisditionē prorogaret iurisditōe i alterius. tūc talis prorogatio dño inuito nō d3 valere. ita sentit do.bart. in.l.j. i princi.ff.de iud. z in.l.j.§.et post operis in ver. item querit.ff.de oper. noui nuncia.

c Bar. i.l.j. itellige istud in casu de quo in prima precedenti apostilla dixi extra autez talem casum tenet prorogatio vt vult do.bar.i.locis in dicta apo.allga.

d Nō admitteretur exceptio. Crederem hoc esse verum quādo submittens exciperet: q: tūc notaretur ǒ fide rupta z piurio cuius pretextu vt fidē z iuramentu3 seruet etiam coram iudice ecclesiastico couenīri potest.vt.c.fi.z ibi dñs archidiaconus.Johannes andree z petrus de ancharano de foro competenti.li. vi. Sed vbi experiretur ipe dominus habens iurisditionem in suo vasallo. debet vtiq3 exaudiri cum contendat de iure suo cui per tactum alienum nō potuit generari preiudicium et pro hoc facit quod dicit specu.j.pte titu.de arbitro.z arbitra.§.restat. versi.sed nunquid vasallus.



Ex si couenerit.ff.ǒ iurisdi.omnium iud.cum sua glo.que in hac parte per doctores approbat' vult q submittens se aliene iurisditioni etiam per pactum possit ante litis contestationem penitere etiam si pactum esset iuratu3 vt dicit henricus de bouenco in autentica sacramenta.C. si aduersus vendi. in sua repetitione in materia cause finalis in prima illatione z alleg. bald. ita tenentem in.l.fi.ff.qui satisdare cogan.cum tale iuramentu3 prestetur in preiudicium tertij. Sed quicquid sit a de iure de stilo[a] presentis curie parlamenti z aliarū curiarum dalphi.non admittitur hoc casu penitentia etiam ante litis cōtest. Et licet aliqui doc. dicere voluerint in.l.si qui ex cōsensu.C. de epi.au. q etiā in causis ciuilibus nō valet submissio ad curiam alienam sine consensu iudicis cuius iurisditioni b subest[b] talis submittens: vt etiam c tenere voluit bar.[c] in.l.j.in.§.z post operis.ff.de ope.noui nuncia.z anthonius de butri.qui plene recitat oppositiones in.c.ex transmissa.de foro competen.z dixi in.c.lxxiiij.consiliorū3 meorum.z plene tetigi in.d.l si conuenerit in mea repetitione quam feci vltra mōtes in taurino die.xj.mensis iulij.M.cccclxvij. Non tamen adhuc admitte d retur talis exceptio[d] in curia parlamenti posito q illa opi. dicentium q non valeat submissio siue consensu sui iudicis esset vera. S3 quid si quis promittat forum non declinare an poterit postea penitere: dic q non.c.j. extra de iudi.z ibi Johan.an.qui respondet ad argumentum quod fieri posset de dicta.l.si cōuenerit. Et p̄dicta sunt vera quo ad laycos secus autē esset in clericis iuxta.c.si diligenti.extra de foro competen. Nam clerici se submittere nō possunt iurisditioni iudicis temporalis etiam in actione reali: vt in auten.statuimus.C.de episco.z cleri.z tenet pe.Ja. in ti.de reivend.que de consuetudine comprobatur circa finē3 ibi positiōes rei zc.et lati9 ipse Pe.Ja. in materia de duello que est sub rubri. vi bonorū raptorū.tenent idem etiam bal.in autē.si clericus.C.de epis.et cle. et facit glo.in auten.vt omnes obedi. iudi.in.§.hoc consideratis in gl.super verbo subiaceāt.iūcta cum tex.quida3 tñ contra.qui allegāt.l.j.§.si alter fundus.ff.finium regūdorum per tex.ibi quoniam magis fundo q personis ad iudicari partes intelligūtur. pro quo facit.l.qui aliena.§.fi.ff. de nego. gest. ibi sententie predio.dantur.allc.etiam aliqui pro hac parte.xj.q.iij.§.cum ergo vide etiam super hoc Johannem e fabri in.§. pro litis estimatione[e] insti.de satisdationi.z specu.in titu.de actore. Et si iudex temporalis attentaret cognoscere de causa contra clericum incurreret sententiam excommu f nicationis ipso facto[f] iuxta.c. penultimi.de immunitate ecclesie lib.vj. S3 an iudex temporalis possit presentare clericum pro infractione saluegardie regie dalphi.dñi iudices temporales francie dicunt q sic.et alegant pro se.l.j.C.vt nemo priuatus titulos predijs suis.ibi miles vel clericus zc.et sequitur executoresq3 huius legis omnes iudices esse oportere zc. Sed dic quod tales iudices sūt excommunica g ti[g] si presentent clericum per dictū

e §. pro litis estimatiōe. vult allegare Joh.fa.i §.si vero reus presto.inver. qd si clericus.z sequen. vbi videt' velle indistinte q clericus non potest se obligare vl' submittere foro seculari.nam tex. ibi loquitur tam in actione in rem q in personam.

f Et si excommunicationis ipso facto iudex attētans cognoscere de causa cōtra clericum non est excommunicatus ipso facto. sed venit cōpellendus per censurā ecclesiasticā desistere vt c.seculares. de foro compe. libro.vj. non abstat. capitu. penultimū hic alleg. nam illud loquitur in alio casu videlic3 quando qs impedit processum vel effectum iusticie ecclesiastice prohibendo quominus litigās possit libere iusticiam coram iudicibus ecclesiasticis obtinere et talis videtur ipo facto excommunicationi subiacere. z ratio diuersitatis esse videtur. q: hic facit vt iudex pretendens se similiter iurisditionem habere. ille autez facit et priuatus impedire satagens iurisditionem ecclesiastica3 in eius exercitio iudices maliciose turbando et pro hoc vide do.pe.de ancharano.in allega.c.penult.in i.ij.no.de immu.ecclesia.

g Sunt excommunicati. Et hoc videtur verū: quia in hoc casu iudices sic clericum presentantes videntur personam eius distringere vide est locus pene capitu.si quis suadente.xvij.q.iiij.et hoc vide

ɀ ur innuere.dñs Johan.and.in.c.ij.in glo.penul. ibi de facto forte.de fo.compe.lib.vj.

a ¶ Ponunt doc.in.c.j.extra no.in.c.fi.extra de prescrip.ɀ nō ē mirū si in hoc casu ita sit cū cōditori canonū ɀ vicario conditoris subdita sit omnis creatura.vt dicit dñs Inno.in.c.j.de consti.

b ¶ j.q.lxxxv.vide etiam.s.q.j.

c ¶ Cōtrarium tñ huatur de stilo hūc stilū existimare recte procedere si cōdēnatus bōa possideat in loco iudicis q̄ cognouit al's sec⁹ quo tunc remittēdus ē ad iudicez loci vnde est qui sñiam mandabit executiōi ex relatiōe iudicātis dicit .d.bar.in.l.ex quacūq; in fi.iuncta gl.in versicu.si qs.ff.si quis in ius vocatus nō ierit.

d ¶ Uasalli progare iurisditiōez.videtur q̄ sic quo ad sui non dñi piudiciū possit vasallus iurisditiōez alterius progare. ar.eorū que dicit spec.prima pte.titu.de arbi.et arbitra.§.restat videre.iij.colū.v̄s.sed nūq̄d vasallus⁊.d.bar.in.l.j.in pn.ff.de iudi.ɀ i.l.i.§.ɀ post opis in fi.vl

c.penulti. Et hoc cum concernat periculum anime lex succumbit canoni.vt a ponunt docto.in.c.j.[a] de noui ope.nun. Qui autem de causa feudali si iudex laycus possit cognoscere contra clericum vide que dixi.j.q.cxxxix.ɀ q̄d de causa possessorij in beneficialibus. an cognoscet iudex laycus contra clericum: vide que dixi.j.q.lxxxv.[b] Iuxta materiaz prorogationis iurisditionis quero an iudex cuius iurisditio ē prorogata possit sententiam suam mādare executioni.dic q̄ non.q2 non est iudex nisi vsq; ad sententiam.vt dicit gl.vt.l.ij.ff.si quis in ius vocat⁹ non ierit facit lex.epale.C.de episco.audi. Contrarium tamē seruatur de stilo[c] curiarum presentis patrie. De hoc etiā vide que scripsi.j.q.cccclxij. De prorogatione iurisditiōis etiam tetigi.j.q.ccclxx. Utrum vasalli possint prorogare iurisditionem[d] in alium q̄ in dominum.vide bal.de prohibi.feu.alie.per feder.in.§.preterea.ibi.sed quero vtrum vasalli ɀc.

¶ Questio.lxxxviij.

¶ Si contribuere debeat ecclesia ī reparationibus meniorum ciuitatis.



An ecclesia teneatur contribuere cuz laycis pro reparatione menioꝝ[e] ɀ fortificatiōe ciuitatis Jaco.de are.Jac.butri. Cynus.Lambert⁹ de saxonia.ɀ barthol.tenent q̄ sic in.l.ad instructiones.C.de sac.sanc.eccle. Idē tenet etiā Jacobus de aluara doctor nouissimus in lectura sua feudoꝝ in titu.de pace iuramento firmā.in.§.illicitas. Et ideo de anno currente domini.M.cccclliij.quo anno fuit orta guerra per prefatum dominuz nostrū dalphi.contra dominuz ducem sabaudie in qua guerra fuerūt in sabaudia destructe ɀ depopulate due ville videlicet montissupelli ɀ sancti genesij anguste.que guerra durauit circa p tres menses ɀ qua durante prefatus dominus noster dalphi.ad hanc ciuitatem gracionop.misit ɀ destinauit spectabilem militem dominum ludouicum de laual gubernatorem dalphi.ɀ in camera consilij vocatis reuerēdo in christo patre domino episcopo gracionopolitano necnō canonicis facientibus capitula in ecclesijs beate marie ɀ sancti andree gracionop.fuit expositum factum dicte guerre ɀ pericula que obuenire poterāt huic ciuitati gracionop. ɀ patrie dalphinalis. Exhortatiq; ɀ requisiti fuerūt q̄ ipsi quilibet in parte sua fortificarent presentem ciuitatem gracionopoli.prout ɀ in parte fecerūt et postea per compositionez capitulū beate marie soluit sexaginta florenos. ɀ capitu.bti ādree cōposuit ad duodecim florenos dominus vero grationo. fecit reparari menia ciuitatis videlicet partem sibi contingentem ɀ ita vidi. Si tamen dicti viri ecclesiastici precepti dicti domini gubernatoris obtēperare noluissent non poterant de iure cogi per istum dominum gubernatorem. Sed per eoꝝ iudicem competentem[e] vt dicit cy.[e] in.d.l.ad instructiones.ɀ super hac materia quomodo contribui debeat in reparatiōibus meniorum ɀ per quos vide que scripsi supra.q.vij.vide etiam que dixi in notabilibus meis in.§.vtrum.in.d.l.ad instructiones ɀc.

time col.v̄s fi.item querit.ff.de noui oper.nunciatio.

e ¶ An ecclesia pro reparatione menioꝝ.in huiusmodi.q.an ecclesia teneatur ɔtribuere ad simuros ciuitatis videtur dicendum q̄ menia siue muri ciuitatis fiunt ad ornatū ciuitatis ecclesia nō tenet cōferre. Sed fiūt ad necessitatē puta pp̄ter guerrā vel suspitionem guerre: tunc ecclesia tenetur contribuere. Ista sentire videtur dñs cynus ɀ bal. predicta .l. ad instructiones.C.de sacrosanctis eccle. Tamē vt ibidez dicit dñs bal. ad conferendū in huiusmodi casu nonpossunt clerici cōpelli p iudicem secularē.sed p episcopū: ɀ allegat.c.j.de immu.eccle.li.vj.

Questio.lxix

¶ An clerici clericaliter viuētes teneātur contribuere in subsidijs dalphinalibus pro rebus rusticalib⁹ quas possident.ɀc.



An clerici clericaliter viuentes qui alias de iure ɀ cōsuetudine presentis patrie dalphi.sunt franci immunes a cōtributione talliarum ɀ subsidiorum dalphi.debeant contribuere in dictis subsidijs pro rebus quas acquirūt aut sibi ex suc.obuenerunt a plebeis qui in dictis subsidijs contribuere cōsueuerunt. Circa hoc puto sic distinguendū q2 aut loq̄mur in p̄ria briansouesij oisentij ɀ alijs locis in q̄bus fieri ɔsue

Adde bellissime do.abba.in consi.iij.primo volumine.

e ¶ Ut dicit cyn.vult allegare .d.bal.in p̄di.l.ad instructiones.

a ¶ Ita tz bar. quē oīno videas ponentē duas cautelas quibus seruatis iure poterūt imponi collecte omnibus possessionib⁹ eccl'ie vel clericis quoquomodo obueniētib⁹ vt in. §. sz quero. ℣. sz p his.

b ¶ Vel regis supple vl' populi iurisditionē habētis cuius proprium statuere ꝑmittitur. vt. l. oēs populi. et ibi do. bar. ff. d iusti. ⁊ iure.

c ¶ Ligat possessiōes clericorū vt sentire vidētur domin⁹ inno. ⁊ ioh. an in p̄di. c. postulasti. de foro compe. et ad hec faciunt que dicit do. archi. xj. q. j. in c. si tributū.

d ¶ Is atꝗ vult allegare. xj. q. j. c. si que cause. §. is itaꝗ in fi. ⁊ ibi. d. archi. quem oīno videas cū id quod ibi dicit etiā regnū francie cōseruat.

e ¶ Clerici nō teneanť quia a sordidis mūerib⁹ et sup indictis etiā ab extraordinarijs ecclesie sunt immunes et pena excommunicationis et perpetui exilij ꝯfacientibus imminente vt predicta. l. placet. C. de sacrosanc. ec.

e ¶ l. si quē ꝗ. Queso hanc. l. videas qr admodum est ele-

...uerūt registra ⁊ res affici illo onere. et tunc tales p̄uilegiati clerici p dictis rebus sic eis obuenientib⁹ tenentur cōtribuere. ita tenet bartho.[a] post petrum de bella pertica in. l. rescripto. §. fi. ff. de muneribus ⁊ hono. pro quo facit quia constitutio imperatoris vl' regis[b] ligat possessiones clericorū[c] in eorū territorio sitas. extra de foro compe. §. postulasti. Ratione enim temporalium clerici regibus sunt subiecti. xj. q. j. §. is atꝗ[d] extra de maiori. ⁊ ob. c. solite. licet baldus in auť. itē nulla. C. de epi. ⁊ cle. ⁊ i. l. placz. C. de sacrosan. eccle. tenuerit contrariam opinionem. Aut loquitur in alijs locis hui⁹ patrie dalphi. in quib⁹ non fiunt registra. Et tunc stamus in iudicando dispositioni iuris communis. ita videlicet ꝙ clerici clericaliter viuentes ad talia munera nō teneantur etiam pro rebus rusticalibus. Et de hac materia vide quod circa hoc fuit iudicatum. j. q. ccclxxxj. Sed quid de nobilibus an debeant contribuere p rebus registra vide q̄d fuit decisum. j. q. ccclxxxiiij.

¶ Questio. lxxx.

¶ An cōmittatur symonia aliquid recipiēdo p introitu monasterij. et de quo iuramento circa hoc operetur ⁊c.



Idem⁹ quotidie ꝙ dña p̄orissa mōtisfluriti, et certe alie priorisse abbatisse huius patrie dalphi. recipiunt certum quid pecuniarū quandoꝗ centū florenos q̄nꝗ plus vel minus a parentib⁹ filiaꝝ que ibi i moniales recipiūtur pro introitu monasterij. Quero an sit eis licitū de iure illud recipere absꝗ metu symonie. Bal. qui hanc questionē mouet in. l. si quenꝗ[e]. C. de epi. ⁊ cle. Arguit p ⁊ ꝯtra. Nā dicit ip̄e videtur primo ꝙ sit licitū qr sicut dos datur p onerib⁹ matrimonij ita videť ꝙ possit dari monasterio vt possit supportare onera persone ingrediētis. Contrarium tamen tenet ip̄e bal. dicens ꝙ licet monasterium supportet onera ingredientiū nō tamen pro ipo ingressu potest pacisci de illa quasi dote recipienda qr esset symonia. Et p hac parte vltra bal. facit. c. quoniam simoniaca labes. extra d simo. ⁊ ibi videtur casus pro decisione presentis q̄stionis Sed si liberaliter offerreť vel daretur per filiam aut eius parentes sine aliquo pacto tunc bene posset recipi amore dei vt notatur. xxxij. q. ij. c. non omnis[f]. Et ita intelligitur dictum bartho. in. l. ticio centuz. §. fina. ff. de conditio. ⁊ demonstra. Tamen vidi in contrarium iudicari: quia de tempore domine priorisse montisfluriti vltimo defuncte que erat de cognomine nobilium guiffredorum vidi in hac curia parlamenti concedi pluries litteras precisas vim sententie diffinitiue obtinentes contra parentes monialium qui pro introitu filiarum suarū in dicto mōasterio se obligauerāt ipsi domine priorisse cum iuramēto ⁊ alijs clausulis oportunis. Sed credo ꝙ per inaduertentiam fuerunt concesse[g] ipse littere precise nec per ipsarum precisarum concessionem quanꝙ in contradictorio iudicio concesse fuerunt potest induci aliqua valida consuetudo cum esset inductiua peccati[h] vt in. c. non satis ⁊ in. c. cum in ecclesia. cum ibi notatis per glosaz Innocen. Hostiensem et henricum bohic. extra de symonia. ⁊ i. c. si quis preben. et ibi bonus textus cum sua glosa. prima questione tertia. Et non valet iuramentum prestitum per promittentem symoniam soluere. Quia non potest seruari sine interitu. salutis eterne. iuxta. c. cum contingat. extra de iureiurando. Nec obstat. c. debitores eodem titulo. quia iurans soluere vsuram non peccat mortaliter licet recipiens sic. Ideo ibi compellitur iurans seruare iuramentum. Sz ille qui iurat symoniaz soluere peccat mortaliter sicut recipiens. Ideo non tenetur illud iuramentum seruare. ita dicunt doctores in dicto. c. debitores. ⁊ dominus Johannes de imola in dicto. ca. cum contingat. in sua repeti-

...gans inꝗ varietate ⁊ splendore decori dictaminis

f ¶ c. non omnis vult allegare. xxxij. q. ij. c. honorātur. in glo. j. ibi sed certe eadem ratione ⁊c.

g ¶ Per inaduertētiā fuerūt cōcesse. Immo ⁊ iure fortassis ꝯcesse fuere vt ipi autumant. nam lz sacramēta sint libere ꝯferēda. adeo vt nil noīe sepulture exequiarū mortuorū bñdictionum nubentium ingressionis mōasterij ⁊ hmōi exigi possit vt in. c. audiuimus. ⁊se. extra de symo. verūtñ p̄nt laici cōpelli pias ⁊ laudabiles ꝯsuetudies obseruare sic sup his fiūt vt i. c. abolēde p gl. i. ℣. exigere d sepul. ⁊ ad hꝰ supiores cogi p̄nt offō iudi. iplorato. vt dicit gl. in. c. ad aplicā in. ℣. laudabilem extra de symo. d. inno. ibi alr sentireuř sz ē cōis opi. doc. qd̄ p̄dixi vt dicit. d. feli. in p̄. c. ad aplicā. sup glo. fi. in. fi.

h ¶ Pcti Nā ꝯsuetudo nō derogat iuri naturali seu diuino cuius transgressio pctm̄ iducit nec positio nisi sit rōnabilis ⁊ prescri. vt. c. fi. d consuetu.

V valor destruction cap 13 n. 32 et gu... xx.

in canon. quest lib. 1 c. 32 n. 22

a ¶ Per traditionē calami nō trāsfertur possessio num ex inuestitura nō adipiscitur quis possessionem sed quoddā signū possessionis. vt in.c. per tuas ex tra de donatio. iuncta gl. in ver. signuz in.c. ex litte ris extra de cōsuetu. τ ideo ad inq̄sitionē possessio nis non sufficit signum sed requiritur res signata videlz missio in posses sionem. vt no.gl.i ver. annulo. τ in ea. ex ore de his que fi. a ma. par. ca. possessio enim acqui ritur corpo re et animo non altero tm̄. vt.C. de acqui. pos. l. licet. Ita q̄ rei appre hensio p se vel per alte rum sit ne cessaria vt ff.eo. quē ad moduz. τ.l. q̄ vniuersas vt dicūt.d. odofre. cy. Bartho.et bal. in alle gata.l. licet

b ¶ Nec dominiū qr ad acquisi tionem dñij non sufficit titulus vel cā: sz req̄rit traditio ve ra vel ficta. vt isti. d ce. diui. §. per traditionez iuncto.§. in terdum. vn de sine tra ditione nō transfertur dominium. vt in.l. nunq̄ nuda.ff. de acquiren. re. do. τ.l. tradi tionibus cum glo.C. de pac.

c ¶ Autoritate dñi cy. aduerte q̄ do. cy. istud nō dicit sed tm̄ qd̄ hic dicit videt eē verum qr talis alie natio p̄sumit dolosa. ex qualitate fcti. iuxta theo ricam do. odof. in predi.l. vnica.§.j.q.C. de alie. iud. mutā. causa fac.

d ¶ Contra scōm emptorē. p hoc facit q̄ alienās cā mutādi iudicij pōt cōueniri τ condemnari vtili rei vendicatione τ fiet executio sententie cōtra pos sessorē q̄ tenet rei vendi. directa dūmodo fuerit cl tatus in p cessū agita to ptra alie natorem vt not. dicit. d. bal. in iam alle. l. vna. C. de aliena. iudici. mu. causa fac.

e ¶ Nisi pri mo fuisset i uestitus. vi det etiaz q̄ vbi scōs em ptor fuisset primo inue stitus a dño directo rei ēpte. tamen adhuc nō vi det forte p̄ ferendus p̄ mo empto ri in hac spē certis rōni bus. Tum quia si id cō cedatur lo cus vtiq̄ fraudibus relinquet. ꝫ l. in fundo. ff. de rei ven. et.c. cū i mul tis. de rescr. li. vj. Mali cijs eniz ho minum ob uianduz est. c. sedes apo stolica de re scrip. τ.ff. de trāsac.l. cuz hi.§. si cūis. Tum qr tali occasiōe edi ctū τ decretū iudicis reddet illusoriū ꝫ.l. pro.ff. d iu. τ d trouer. d spō. cū inhibitō.§. pc. spe. bar.§. seq̄ n̄.§. sz qd si arbitri. Nō obstat p̄alleg.l. quotiēs C. d rei vē. qr ibi vtraq̄ alienatio sumit vires suas ab vno fonte videlz facto p̄uati hic aūt ptim a fctō iudicis.

tiōe. Et ista est veritas. Ideo de istis admonebo dominos meos parlamēti dum videbo de cetero casum contin gere. Sed an solutum per simoniā possit repeti. v idē que plene dixi.j.q. cccccclxxxj.

¶ Questio.lxxxi.

¶ Si debitor in fraudem creditoris vendat rem de pignore captā τ i can tatam quis preferatur an creditor ve emptor.



Si debitor post pignora tionem incantus τ libra tionē in vltimo incantu p traditionē calami cre ditori vel alteri emptori in vltimo incantu factam rem de pi gnore captam alteri vendat τ tradat quis ipsorum sit potior et preferri de beat. Et videtur q̄ secundus emptor cui prius fuit res tradita. per.l. quo tiens.C. de rei ven. τ facit quod tenet bart. in.l. a diuo pio.§. et si sup rebus in.q. pe.ff. de re iud. Per talem libra tionem in vltimo incantu factā et per traditionem calami non transfertur a possessio[a] vt dicit hosti. in summa de cau. pos. τ pro. ver. sed quid ergo si vendas τc. Et ibi dicit q̄ errant fatui notarij qui dicunt tradi possessionem per traditionem calami. idem etiam sentit dy. i regula iuris.c. beneficiū.§. tertio posset queri τc. Et per ꝯñs nec b dominium[b] qr in acquirēda posses sione requiritur actus corporeus nisi in casibus specialibus a iure permis sis quib⁹ transit possessio iuris fictio ne sine corporali apprehēsiōe rei τ per consequēs dominium sicut videmus in retentione vsufructus. vt in.l. quis quis.C. de dona. et in precario vt in.l. quod meo.ff. de acqui. posses. τ multis similibus. Tamē quicq̄d sit de iure cō trarium seruat de stilo presentis curie parlamēti pp̄ter autoritatez rei iudi. Ita videlicet q̄ ille emptor cui res in incantata libratur, in vltimo incantu per traditionem calami censet potior iure τ p̄fert secūdo emptori. Licet ipse secundus emptor habuerit primo rea lem traditionem. Et corroborat iste c stilus autoritate domini cy.[c] in.l.j. C. de alie. iudi. mutan. cau. fac. qui di cere voluit q̄ potest replicari secundo emptori q̄ debitor dolo desijt posside re ita q̄ cōpleat executio contra scōm d emptorem[d] in re pignore capta. Et ita etiam ꝫm hanc opi. cy. fuit iu dicatum in vigilia ramispalmarū die sententiarum. M.cccclv. in manibus petri de boliaco secretari dalphina. i cā nobilis iohannis capelli contra no bilem aymonē de bellomonte. in qua causa nobilis amblard⁹ dñs bellimon tis post pignorationem τ liberatiōez ad incantū contra eum factam rem de pignore captā vendidit τ realiter tra didit dicto aymoni eius fratri. Simi liter fuit iudicatum. M.cccclx. de men se aprilis pro aymaro τ claudio repel lini fratribus cōtra anthonium fayni meractorem grationopo. ad causam domus sibi vendite per guilliermum bassi que domus prius fuerat capta de pignore. τ incantata pro dictis re pellinis. De hac materia etiam tetigi ꝫ.q. xxij. Nō verum dici posset nisi di ctus scōs emptor primo fuisset inue e stitus[e] τ laudatus a domino di recto rei empte tunc enim deberet pre ferri alteri qui emit ad incantum qui nō fuit laudatus a domino directo qr sine cōsensu domini directi non tran sit dñiuz vt plene dixi.ꝫ.q. xlvj. circa fi. Sz q̄ro iuxta p̄missa res mea fuit p of ficiarios curie seq̄strata an possim eā vēdere p victu τ alimentis meis si nō habeā aliūde viuere. Credo q̄ sit per

a ¶ §.pe.vult allegare.§.i.versi.nã si tales.qui tex. iuncto eo qd ibi dicit dñs bald.in.iiij.notabili duz vult ꝙ puidet in alimentis adversario tanꝙ de ꝓprio patrimonio τ nõ de alio optime facit in arg.ꝓ decisione huius questionis videlʒ ꝙ si qs habeat rẽ ꝓpriam seqstratã τ aliũde nõ põt habere alimenta licite talẽ rem seqstratam vẽdere poterit.

b ¶ Circa fi.in versi.q̃ro aliqs nõ hʒ vbi tenet dñs bart.expresse rẽ ꝓpriam sequestratã ꝓ necessitate alimẽtoꝝ quẽ vẽdere posse τ ꝓ hoc allegat ꝑdi.l.fi.C.ð ordi.cogni.

c ¶ Doctores nr̃i variã dixerunt vide oĩno frã.ð crema.singul.suo.l.incipiẽ.antiq̃ ẽ q̃stio.τ istũ consi.clxx.inci.q̃ ad q̃stionez nu.iiij.ꝟsi.quo aũt ad legitimaz τ consil.cclxx.inci.s.cõsi.nu.j.ꝟsi.j.si dicte τ cõsi.seq.nu.vi.in fine.

a ¶ Tex.in.l.si.§.pe.[a] ibi tantũ litis sumptus τ alimonie homini subministrentur.C.de ord.cog.τ ita tenet bar.in tractatu suo alimentoꝝ circa fi.[b] Si per traditionem calami transferatur possessio dixi.s.q.xxij.

¶ Questio.lxxxij.

¶ De prescriptione iuris agendi ad supplementum legitime.



Doctores nostri varia dixerũt[c] in illa.q.q̃ querit quo tpe ius agendi ad supplemẽtũ legitime filij ꝑscribebat: qꝛ bart.in.l.si quis filiũ.ff.de inoffi.test.τ guiller.de cuneo in.l.q̃uis.C.eo.tenent ꝙ prescribitur quinquennio. bald.vero[d] et salice.ibidẽ in.d.l.si quis filium et ang.in.l.papinian⁹.la.ij.in.§.si conditiõe.ff.de inoffi.test.tenẽt oppositũ dicentes ꝙ immo durat.xxx.ãnis sicut alie actiões ꝑsonales iuxta.l.ij.C.ð cõsti.pecu. Et hec opi.bal.saly.τ ang.in iudicãdo fuat in hac curia ꝑlamenti ꝫ opi.bar.τ guiller.de cuneo.tãꝙ magis equa τ rationi cõsona. Ita vidi semp determinari per dños meos huius curie parlamẽti. Sʒ quo tpe prescribat filio ius dicendi nullũ testamẽtũ pr̃is in quo fuit ꝑterit⁹.vide q̃ dixi.j.q.cccc xxxvj.i fi.τ qõne.cccccxcvij. An supplementũ legitime petat a solis heredibus.an etiã a legatarijs petat tale supplementum legitime bar.in.l.in quarta[e].ff.ad.l.fal. dicit tam ab heredibus ꝙ legatarijs esse petendum. Sed

d ¶ Bald⁹ in dicta.l.si qs filiũ i tertia colũna.in ꝟsiculo tertio q̃ritur.τ ibi ipe dñs baldus valde repellit rõnes dñi bart. adducẽdo rõnes fortiores q̃bus incõtrariũ argumẽtat τ altissimo ĩtellectu dicit in auten.presbyteros.C.de episco.τ cleri.quem oĩno videas τ.ff.de inoffi.testa.in repeti.l.pater filiũ in.v.col.i.§.visis ergo.ꝟsi.querit vtrũ. Et aliqd de hac materia tangit.ff.eo.ti.in.l.tam τ is.§.huius autem.in gl.j.ibi ad supplementum.

e ¶ Bar.in.l.in q̃rta.i.v.col.i ver.quero ꝓ quos debet suppleri.τ hanc opi.do.bar.sentire videtur do.bal.in auten.presbyteros in versi.preterea ibi τ est in rem scripta τc.C.de episcopis τ clericis et ꝙ actio ad supplemẽtum legitime cõtra legatarios

pro rata sicut contra heredẽ vniversalez competat tenet expresse do.bal.τ illi⁹ rationẽ assignat.dicens esse no.vt in.l.tam τ is.in.§.hui⁹ aũt.in ver. sʒ vtruz ista actio.ff.de inof.testa.τ si vis videre modũ articulandi ꝓsequendo legitimã τ eius supplementum tradit sub breuibus per do.bar.consi.xvj.

in.l.oĩmodo.ꝓbat cõtrariũ ꝑm raph.fulgo.videlʒ ꝙ a solis heredibus τ hoc videt ꝓbabilius[f] ꝑ.l.j.§.si heres institutus.ff.ad tre.τ istam partẽ sequit dñs me⁹ dñs Johã.de grassis in.d.l.oĩmodo.in glo.sup verbo licebit in fi.

f ¶ Videt probabilius hoc itellige verũ qñ legata ẽ quãtitas in gñe secus aũt qñ relictũ ẽ corpus hereditariũ qꝛ tũc cõtribuunt legatarij ad legitimaz sicut heres et possunt conueniri afilio qꝛ legitima ipso iure resecat.itano.dicit.d.bal.i.l.oĩmodo in prin.circa fin.ij.col.in §.vltimo q̃ro inver.sed ego sic distiguo.C.de in offi.testa.

¶ Questio.lxxxiij.

¶ Cõtribuere nõ debet in subsidijs dalphin.clerici prime tonsure stãtes ĩ scolis non coniugati.

Die q̃rta mẽsis iulij.M.ccccly.in camera ꝯsilij in quo erant dñi.forterij.licen.in legib⁹ ꝑsidẽs.ioh.bauilli.ioh.ð sctõ germano aduocat⁹ τ ergo fuit cõclusum τ determinatum in quadam cã tũc ibidẽ agitata ꝙ clerici ꝑme tõsure existẽtes in scolis grãmaticalib⁹ dicunt viuere clericaliter vt sint exempti a cõtributiõe subsidioꝝ dalph. ꝓ quo[g] facit tex.l.ij.C.ð epi.τ cle. Et idem[h] iure canonico nisi essent cõiugati: vt in.c.vno.de cle.cõiu.li.vj.ibi in ceteris τc.τ ponit pe.iac.in ti.de duello ibi archiepo.τ idẽ dicerẽ de scolarib⁹ studentibus in legib⁹ vel canonib⁹ in vniuersitate citra vel vltra mõtes. Sed an clerici ꝯiugati dicantur viuere clericaliter.[i] credo ꝙ sic.dũmõ deferant habitũ.τ tonsurã τ deseruiãt ĩ officijs ecclesie saltem in festiuitatibus τ se a negociationibus secularib⁹ saltim inhonestis abstineant vt dicit specu.in tit.de clerico coniugato circa principium ideo videretur ꝙ tales sic viuentes cle

g ¶ Facit tex.in.l.ij.vide ad hoc.l.presbiteros.eod.titu.C.de episco.τ cleri.vbi dicit do.bal.qd est multũ notãdũ ꝙ habentes minores ordines nõ suscipiũt tutelas nec aliquod officium seculare seu onus personale.

h ¶ Iure canonico.quod autẽ clerici ꝑme tonsure clericaliter viuentes debeant gaudere priuilegio clericali.dummodo non vxorentur habetur in.c.ex parte.τ cecus.extra de cleri.coniuga.

i ¶ Uiuere clericaliter.clerici ꝯiugati bñ possunt viuere clericaliter vt dicit specul.tamẽ vt ibidẽ sup specu.distinguit dñs Johã.andree nõ gaudẽt priuilegio clericali nisi solum in duobus casibus eis reseruatis per.c.vnum.τ ibi dñs archidia.Johan.andree.τ Pe.de ancha.de cleri.coniuga.lib.vj.

V Bald de pres fol. 300 n.1 Item n.1 qui fol. 70 n.1

a ¶ Non seruiunt diuinis nam cithara cum psal terio male concordant: vt in.c. diuersis.fallacijs.in princi.extra de cleri.coniuga.

b ¶ Canonisat⁹.qñ agit̃ de aliquo canonisando inquirendū ē de vita & miraculis ipsi⁹ canonisan/di. & sup vi/ta & mi/acu lis testes sūt inducēdi.q examinētur diligēter et sigillatim vt in.c.venera bili.& ibi do. io.an.de te/sti.in anti.in quirendū ē em̄ an illi de quo canoni zando agit̃ prior vita te stimoniū p̄/beat p labo rib⁹ multis p morib⁹ ca stis p actib⁹ strēnuis. vt lxj.disti.mi/ramur circa finē.& de mł tis alijs est sedulo inue stigandū de qb⁹ seriatī̃ tangit̃ p.d. gof.in sum. de reli.& ve/ne.san.

c ¶ Claruit miraculis. notādū ē q̄ mł ti r[...] scti faciūt mira cula. aut vi v̄borum.vt consecratio eucharistie. aut vi parē/tele: vt rex frācie vel il/li de domo sancti pauli aut arte ma gica aut ex charitate so

ricaliter ṡm formam per spe.vbi.s̄.tra ditā deberent esse exempti a contribu tione dictorū subsidiorū dalph.ṡm te/norē litterar: trium statuum p̄ntis pa trie dalph.qbus cauet̃ expresse clericis clericaliter viuētib⁹ munus exemptio nis a ɔtributiōibus subsidior dalph. cōpetere.Sed cōis obseruantia tales clericos cōiugatos nō reputat viuere a clericaliter q2 nō seruiunt diuinis[a] ideo compellunt̃ ad contribuendū in dictis subsidijs dalph.iuxta etiam dis positionem dicti.c.ibi in ceteris &c.

¶ Questio.lxxxiiij.

¶ De canonisatione sanctorum vin/centij et bernardini & de puella iohan na qui expulit angelicos de regno frā cie.Et de destructiōe ciuitatis constā/tinopolitane & patrie grecie nuper fa cta per turchos.

Temporibus meis vidi duo luminaria sacre theologie a/ctu predicātes per mundū primo videlicet sanctum vin centium ferrarieñ.ordinis predicato/rum quē vidi predicare in ciuitate lug duni de anno currente dn̄i.M.cccc.xv. & qui inde decessit ab humanis in pa/tria britannie vbi iacet corpus suū in ciuitate de vannes et inde fuit canoni b satus[b] de hoc anno currente domi ni.M.ccccl.v.rome p papam calixtū tertium.Secundo etiam vidi sanctum bernardinum de senis de ordine de ob seruantia sancti francisci predicare in patria pedemontium de anno domini c M.cccc.xxix.qui claruit miraculis[c] per septem ānos ante eius mortem et inde decessit & fuit rome canonizatus per papam nicolaum quartum.Anno iubileo currēte.M.cccc.xlvj.decessit ab humanis dominus episcopus andega ueñ.iohan.michaelis nuncupatus qui iacet in ecclesia cathedrali ciuitatis an degaueñ.et ibi claret miraculis prout vidi dum fui missus in ambasiata ad regē karolum quartum per dn̄m nr̄m ludouicū dalph.vienneñ.& reputatur sctūs tñ nondū est canonisatus .vidi etiā reuerendissimū in xp̄o patrē dn̄m ludouicum alamandi cardinalem are/lateñ.cui⁹ corpus iacet in ciuitate are

la vt dicit do.feli.in.d.c.venerabili.de test.

d ¶ Processit illa destructio.nec mirum cū ppter peccatū quis ēt citius moriat̃.c.epi si sacerdotali.& ibi gl.in versi.preueniantur.xj.q.iij.

lateñ.& ibi preclaret miraculis qui de/cessit ab humanis de āno domini.M. cccc.xl.ix.Vidi ēt tēporibus meis puel lam iohannā nuncupatā que incepit regnare anno quo fuit doctorat⁹ que inspiratione diuina arma bellica assu/mens de anno dn̄i.M.cccc.xxx.Restau rauit regum francie anglicos a regno expellendo vi armata & prefatum regē karolum ad suum regnū francie resti tuēdo que puella regnauit tribus vel quattuor annis.Tēporibus meis etiā ciuitas constantinopolitana in patria grecie fuit p turchos inuasa & vi arma ta occupata de anno dn̄i.M.cccc.liij. de mēse iunij qui tunc occiderūt impa torē & multos xp̄ianos in numero in/finito,& q̄ ciuitas & tota patria grecie adhuc p turchos occupat̃ & forte iudi d cio diuino ꝑcessit illa destructio[d] q2 e licet ipsi grecie[e] reducti fuissent tpi bus meis p papam eugeniū quartū in consil.ferrarieñ.sup aliquibus eor er roribus fidem catholicā cōtinentibus forte male seruauerūt decreta dicti ɔsi lij eis obseruari iniuncta.Item.M. cccc.lx.& de mēse iunij dux de diort.d re gno anglie captiuari fecit & captū de tinuit regem anglie.Et postea eodem anno de mense decembris regina an/glie q̄ erat filia regis sicilie in quodā ɔflictu gentium armorū fecit occidi di ctum ducem de diort.& eius filiū secun do genitum et liberali dictum regem anglie eius maritum a manibus inimi corum suorum tamen in finalibus fo/uentes partem dicti ducis de diort.ex pulerunt dictum regem anglie a toto regno anglie.Et coronauerūt in regē anglie filium primogenitū dicti quon/dam ducis de diort.

e ¶ Grecie eccl'ie roma ne subici.no lunt greci,ls ad obedien tiā sedis a/postolice.ol tpib⁹ Inn. iiij.fuisset re uersi.vt i.c. ls grecos ex tra de bap. tā et si eccl'iā ro.fateant̃ esse primas et sublimio rē.xxij.di.d ɔstātinopo litano.§.j.& sic cū aduer sus eā talit agēdo fides illi⁹ violare videant̃ for tassis here/tici sunt cen sendi per ea qui habētur ea.dist.in.ca. omnes.

¶ Questio.lxxxv.

¶ Si iudex temporalis cognoscat de possessorio in causis beneficialibus cō tra presbyteros in interdicto retinen/de & recuperande.



Curia parlamenti dalph. in materia posses.causa/rum spiritualium & bene ficiorum cognoscit etiā cōtra clericos & presbyte ros i interdicto recupā

Valas i lib.cons. i
11.n.2

a ¶ Ita tenet.io.an.i.c.in litteris.in.ix.col.&.scripsit etiã hic ino. Ubi ipe videt velle q quis tuẽdus est in possessione quã nactus est autoritate illius qui per oĩa se gerebat.vti prelatus lz nõ esset.facit.c.querelam.de.elec. Uti sufficit electo ab obtinẽduz docere eligentem fuisse in quasi possessiõe tpe electionis licet nõ pbet q proprietas iuris eligendi ad illuz ptinet.

b ¶ Dicimus hic ponitur forma snĩe late ab isigni curia plamẽti dalphi. sup iudicio retinẽde possessionis in materia beneficiali. in huiuscemodi quippe iudicio puta interdicto vti possidetis multifariaz fertur snĩa pro varietate scilz modorum agẽdi. de quibus compendiose tangit p do.ioh.fab. in.§. retinẽde in.ix.co.lñ. in versi cu. expediti ex his.

c ¶ Io.fab. in.§. consequens. vult allegare .§. retinende. in princ. vbi dicit domi. iohan. fab. q materia retinende possessionis est tota practica maxime in curia francie vbi quasi omnes cause sunt in casu bonitatis quod est fere vti possidetis.ꝛ facit mentionẽ de casu nouitatis i.d.§.d retinẽde.i.xij.col.i ver.qd ergo,ibi curia frãcie vbi dicit q curia francie non seruat subtilitates in casu nouitatis.sed tuetur in possessione illũ quẽ reperit possessorem indistincte qñtũcunqꝫ per processum appareat de proprietate. Ad terminũ ꝛ materiã nouitatis videt facere quod habetur ꝛ no.in .l. vsum aque veterem.C.de aqueductu.lib.xj.

de possessiõis vt dixi.s.in.i.q. In quo interdicto ad obtinendum in eodem sufficit titulus coloratus ꝛ dicitur coloratus qñ pcessit ab habente ptãtem nec exigitur.q al's ostendatur validitas tituli nisi quo ad formã extrinsecã nec admittitur questio de validitate vl' inualiditate tituli. ita tenent canoniste in.c. in litteris.de resti.spo.ꝛ ponit io.an.in addi.spec.in tit.de resti.spo.in princi.ꝛ glo.in cle.de restit.spo. immo secundũ iuno.ꝛ ioã.an.sufficit probari se autore superiore inductũ i possessionem ad obtinẽdũ restitutionẽ nisi appareret manifeste de nõ iure petentis restitutionẽ.tũc eñi non esset fienda restitutio:qꝛ beneficiũ ecclesiasticum ꝛc. ita tz ioan.an.vbi.s.ꝛ idem io.an post inno.in.c.in litteris[a].de rest.spo.nã prius est qñ cõstat de titulo infecto q quando de.ij.constat vt dicitur in.c.dudum.de decimis. Et similiter in materia possessorij retinẽde cognoscit dicta curia parlamenti prout vidi de hoc anno currente domini.M.ccccl.v.in quadam cã diffinita de mense septembris in manibus anthonij de molena inter duos presbyteros presentis ciuitatis gracionop.cuius sententie tenor sequitur. Decimus[b] ꝛ pnunciamus meritis presentis processus consideratis prefatũ guillermũ bassi fore manutenẽdũ in possessiõe dicte capelle btẽ katherine iuriũqꝫ ꝛ pertinentiarũ ꝛ aliorum bonoruz eiusdẽ. Atqꝫ inhibendũ dicto domino iacobo bouis cui per psentes inhibemus ne ipsum bassi turbet seu turbari faciat in possessiõe dicte capelle ꝛ iurium eiusdem donec aliud per iudicem ordinariũ ecclesiasticũ dictarum partiuz super petitorio ipsius capelle fuerit ordinatum pragmatica sanctiõe seruata manum dalph.in dicta capella apposita ad vtilitatẽ ipsius bassi tollẽdo mictiam.ꝛc. Et in hac vi turbatiua pro qua etiam aduocati frãcie in beneficialibus intentant casum nouitatis.

vt dicit Ioan.fab.insti.de interdictis in.§.consequens[c]. Et debet possessio adiudicari qui potiora iura ostẽderit.vt.l.edicto .C.de edic.diui adri.tol; et no.in.c.lz de proba. Et in istis beneficialibus inter contendentes attenditur titulus iustior iuxta no.in.c.cũ venissent.de in integ.resti.et in.c.ex insinuatione de pcura.et in.d.c.in litteris faciunt not..in.l. fi.duo .ff. vti possidetis.ꝛ in.l.j .C. eod.titu.faciunt que ponit bal.in.l.quotiens .C.de rei ven.dy. et ioan.an.in regula iuris.qui prior.faciunt.c.si tibi qui.de rescriptis.lib.vj.ꝛ ca.ei cui.de preb.eo.li. Et in hac materia dicitur pacificus possessor qui habet possessionẽ sine cõtrouersia iuris: vel facti iudicialis vl' extraiudicialis vt dicit paul.de leazaris.in cle. graui de rescriptis. Sz quero si in istis iudicijs possessorijs pars velit tradere articulos declarantes petitorium ad corroborationem possessorij an debeat audiri vide q dixi.s.quest.lxxj. De pacifico possessore.vide que scripsi in notabilibus meis.in.§.qui patitur controuersiam.

¶ Questio.lxxxvi.

¶ Si pcurator dñs litis decedat ante sententiam an possit sententia ferri in personam domini cause.



Rocurator dominus litis decessit ab humanis ante sententiam diffinitiuã facta assignatiõe ad diffiniendũz an possit snĩa ferri in psona dñi cause. Et videtur de iure q nõ[d] per.l.j.C.de sententijs ꝛ interlo.om.iu. Ecce quid seruatur in dicta curia parlamẽti. Quia aut procurator dominus litis viuit.et tunc seruatur quod scripsi.j. questiõe ccccxxj. Aut est mortuus et tunc sententia fertur in psonaz domini cause persone. Ita sentire videtur dominus preallegata.l.j.in.j.ꝛ.ij col.versi.scias.ꝛ versi. quero in quo defecit.C.de senten.ꝛ interlocuto.omnium iudicum.

d ¶ De iure q nõ. Nã snĩa omisso procuratore lata contra dominũ qui in iudicio non fuit ipso iure nõ valet. quia natura processus dictat, huiusmodi sentẽtiam debere sumere initium in persona pcuratoris. Et ideo sententia deficit in substãtialitate id est in subiecto scilicet Baldus in versi. que.

a ¶ Absq3 alia citatione. certe videtur in hoc casu non fore pcedendū ad sententiā maxime citra citationem per ea que dicit do. bart. in allegata. l. i. ij. col. in versi. itē quero retēto eodē themate. Preterea finge dñz ignorare mortē pcuratoris ⁊ assignationē ad diffiniendum factā. nunquid periclitabiꝛ ex eo fortassis ꝙ volebat ad huc aliquid pro iustificatiōe sue intentionis in medium deducere vel aliquē actū añ vel post sententiaz per se aut p aliū facere. Et ad istud bene facit opinio illa que vult ꝙ citatio necesse habz peruenire in noticiam abñtis vt in glo. in versi. in noticiam. in fine ibi alij dicūt ⁊c. in. l. i. §. item cum ex edicto ⁊ ibi do. bart. q̄ gl. approbare videtur ff. que sen. sine appel. rescin.

b ¶ Iuxta l. ij. aduerte ꝙ ille tex. nō videtur dicere ꝙ citatio facta in persona procuratoris debeat haberi perinde ac si facta esset in persona domini prout hic innuitur. Sed ibi dicitur ꝯm vltimum exemplum glo. quod approbat do. bernar. extra de offi. ⁊ po. iu. dele. c. consuluit. quem do. cy. bar. ⁊ bal. sequuntur in prealleg. l. ij. C. quomodo ⁊ quando iu. Quod monitio iudicis hz vim perēptorie citationis. Si igitur monitio iudicis contenderetur facta i psona domini. tunc vtiq3 essemꝰ in casu illius. l. que vult iudicem sententiam posse proferre licet aliter perēptoria citatio non interuenerit. Sed vbi nulla citatio peremptoria: neq3 iudicis interposita monitio fuisset in persona domini non videtur snia iure constare. vt. l. j. §. itē cum ex edicto. ff. que sen. sine app. rescin. iūcto eo q̄d dicit do. bal. in. d. l. i. in vi. no. i. col. ⁊ in. iij. col. ꝟ. sed qñ potest. C. sen. ⁊ interlo. om. iu.

c ¶ De acti. de cōsti. pec. circa fi. in. v. col. §. postea pueniꝛ. Ubi q̄ñ ꝯcernit ppositā materiaz dicit do. pe. iaco. de are. si pars fuerit pñs ⁊ iudex assignauerit sibi diez ad sñiaz audiēdā. certe nō indigeret alio pemptorio ad hoc. allegat. d. l. ij. C. quo. et quando iu. Et sic p hoc ꝙ dicit ptes pñtem ⁊ ibi assignatū ad audiēdum sñiam videꝛ inuenire esse vera q̄ dicta sunt in ppri. precedēti apostilla.

d ¶ Nō curat hoc verum videtur ꝙ eccl'ia paruz curat in hac spē solēnitatez legalem. vt dicit gl. in. c. suscitata hic allega. Sed hoc intelligendū est cū salis grano quod bene sapuit do. bal. dicens canonistas istā scrupulosam solēnitatem non curarare sed illam realitatē dicere ꝙ tam vterq3 q̄ alter pōt cōdēnari. si citatꝰ est ad sñiam. Qr nō refert quid exequi pollentibus fiat. vt in palleg. l. j. in. iij. col. in versi. quero cuz gl. ibi sed canoniste. Ecce quomodo requiritur ꝙ is citetur ad sententiam qui condēnandus est verum est tamen ꝙ si procurator est pñs pōt tam procurator q̄ dominus in personam procuratoris condemnari. vt sentire videtur prealle. c. suscitata. iuncta gl. j. in fi. ⁊ apertius do. bar. in. d. l. i. in iij. col. in versi. venio. C. de sen. ⁊ interlocu. om. iudi. Et plene no. do. ber. de elec. querelam.

e ¶ Dic ꝙ non. Nam licet verba cōdēnatoria dirigantur in procuratorez. tñ verba executoria debēt

a absq3 alia citatiōe[a] ex quo assignatio ad diffiniēdū fuerit facta in persona pcuratoris iuxta. l. ij.[b] C. quo modo ⁊ qñ iudex. ⁊ notatur p petruz iacobi. in ti. de acti. de consti. pecu. circa finē[c]. Et ita etiā fuit cōclusuz in sententia lata. āno. Millesimo quadringētesimo q̄nquagesimo quarto. ⁊ die vicesima octaua mēsis iunij in cā tunc diffinita inter nobilem iaquemetū de ramusato dñm de alaudo agentem ex vna parte ⁊ nobilem Iohānē piet dominū podij remiti ex alia in manibus Iohānis de molena secretarij dalphinalis. Quo tēpore late sententie erat mortuus raymundus rodulphi pcurator in dicta causa pro dicto nobili Iohāne piet cōtra quē Iohānē piet reum fuit lata sententia mortuo dicto rodulphi. Et hec obseruantia huius curie satis corroboraꝛ a dispositiōe iuris canonici quo iure nō curatur[d] si sententia feratur in personam pcuratoris domini litis. vel in personam domini cause vt dicit gl. in. c. suscitata. in glo. i. extra de in integ. resti. Et etiam ꝯuenit fieri i hac curia plameti. Quia qñq3 fertur sententia in personaz procuratoris domini litis ⁊ qñq3 in personam dñi cause. Sed quid si ambo sint mortui ⁊ pcurator dñs litis ⁊ dñs cause an dabiꝛ sentētia in psonā defuncti. Circa hoc distinguitur q2 aut ex eisdē actio constat de morte vel nō constat. Si constet tunc non pfertur sentētia in psonā mortui. Sed ꝯsueuerūt citari heredes. Si vero non constet tunc si pferaꝛ valet ⁊ tenet sentētia. ita seruatur in dicta curia parlamēti. Si sententia possit mandari executioni contra pcurutatorē litis. dic ꝙ n[e]on si nec cōtra tutorē curatorē ⁊ similes. l. iiij. §. tutor. ff. de re iudicata. ⁊. l. paulꝰ et. l. procurator. ff. de procuratoribus ita dicit Iohannes ferrarij in titulo forma executiōis sententie in glo. preallega. in fine nisi esset procurator in rez suam vt dicit angelus de aretio in. l. si se nō obtulit. ff. de re iudicata. De tutore vide per speculatorem in titu. de executione sententie. §. sequitur. versi. sed pone. ⁊ p gl. ⁊ bar. in. l. que solidū §. etiam. ff. de legatis secundo.

¶ Questio. lxxxvij.

¶ De collecta iponēda in aliqua ciuitate in qua non est bursa communis et de multis questionibus materiam munerum concernentibus.



Si villa aut cōitas alicuiꝰ loci nō habeat bursā ꝯmunē pōt talis cōitas imponere collectā ⁊ soluere illis q̄bus teneꝛ. l. j. §. si nemo. ff. quod cuiusq3 vniuersitatis. ⁊ no. ibi in gl. ⁊ in spe. de executiōe sen. §. sequiꝛ. ver. q̄d si vniuersitas facit. l. ij. in pnc. ff. de alimē. ⁊ ci. leg. ¶ Et si illi de vniuersitate nolint collectam imponere iudex potest eis imponere ipsis prius vocatis vt. l. fi. C. d mune. patri. li. x ¶ Et ex actores deputati ad exigēdū talē taliā seu collectā possunt capiꝛ cōueniri lapso termiō eis dato ad exigendum

referri ad dominũ nõ aũt ad procuratorẽ vt p dñz bartho. in preallegata. l. j. in. iij. col. in ver. q̃ro quid sie contra. ibi aduerte. Sed istud verificatur in procuratore actoris qui vicit in causa vt ibi exemplũ et dictum domini barth. insinuãt. Et ideo illud nõ videtur facere pro ratione solutionis questionis p posite que loquitur in procuratore illius qui succubuit. Speculator dicit ꝙ q̃uis sẽtentia lata fuerit ĩ pcuratorẽ executio tñ fiet ĩ bõis dñi. si hũit a dño mãdatũ. Si ꝓo sine mãdato litigauit. tunc fiet in bonis pcuratoris vt titulo de sẽtẽtia execu. §. sequitur videt. ij. colũ. versi. sed 7 ñ acta. ad hec vide. d. bart. in. l. fi. se nõ obtu. lit. in princi. ĩ ver. sz quero qd ĩ procuratore. ff. de re iudi.

a ¶ Ulteriꝰ circa hec q̃ro. Hucusq ꝙ inclusiue autor tetigit sex questiones/ q̃s domi. bart. seriatiz oẽs psequitur in dicta. l. si se non obtulit. §. actor. ff. de re iudi/ vide dominũ bal. in. l. etiam in quinta colũ. versi. modo. videndũ de collecta. C. de execu. rei iudi.

b ¶ Quia de forẽsibus. Quo autem ad hunc membrum distinctionis videtur subdistinguendum. vtrum pensitatio aliqua imponat predijs ppter predia/ 7 tenẽtur oẽs etiã forẽses, vt ff. de mune. 7 hono. l. fi. §. patrimoniorũ. Uel an iponatur personis propter res 7 tunc nõ tenentur nisi subiecti. vt. l. rescripto. §. fi. ff. de mu. 7 hono. Et hoc est verum nisi aliud in priuilegijs esset indultuz. vt l. munerũ. §. mixta. ff. de mune. 7 hono. 7 lege municipali siue cõsuetudine sit cautũ ꝙ ista predia p talibus muneribꝰ sint obnoxia. etiaz si sint pdia forensium. Quia consuetudo eq̃paratur priuilegio' vt ĩ c. super quibusdam. §. preterea. extra de verborũ signifi. et C. de agri. 7 censi. l. domini prediorum. lib. xj. Et ad hoc vt forensibꝰ possit imponi collecta. fiunt statuta vt predia sint tributaria/ 7 ꝙ collecte succedãt loco tributorũ seu censeantur esse tributa vt no. dominus barth. ff. ad municipẽs. l. idẽ liber. §. solam. / Hec ita, dicit dominus bal. in. l. omnes ij. col. in versiculo speciales autem impositio. C. fine sensu vel reliquis fun. cõpa. non posse. vide dominum archidia in. c. de imu. eccle. lib. vj. 7 do. oldra. consilio. clxix factum est tale et. c. sub ti. de censi. extraordi. ad municipia. 7 specu. de censi. §. nunc dicendum. iiij. col. versi. pono reginus. 7 ibi dominus iohan. and. in additio. ad speculato. super ver. §. finali.

et soluendũ. vt. ff. de mu. 7 ho. l. j. circa principium. ibi decẽ primatus 7c. Et ipsi exactores postea poterũt exigere ab alijs de vniuersitate vt dicit barth. in. l. iiij. §. actor municipum. ff. de re iudica. 7 ita videmus quotidie seruari et fieri in exigendis talijs 7 subsidijs dalphinalibꝰ. ¶ Sed quia supra proxime dixi ꝙ exactores talliarum possunt conueniri 7 compelli ad soluendũ pro communitate. Ponamus casũ ꝙ exactores deputati ad exigendũ subsidia dalphinalia nõ sunt soluendo aut alias thesaurarius dalphinalis receptor talium subsidiorum non possunt cõsequi solutionem a tali vel a talibꝰ exactoribus. An ipse possit iuridice cõpelli facere duos vl' plures d alijs hominibꝰ ditioribus talis vniuersitatis prout quotidie videmꝰ fieri per thesaurarium dalphinalem. barth. in. d. l. iiij. §. actor. ff. de re iudi. dicit ꝙ non et bene qꝛ non est debitum cuiuslibet proprij sed vniuersitatis. l. in tantũ. §. vniuersitatis. ff. de re. diui. Et ita etiaz vidi obseruari 7 relaxari tales p thesaurarium arrestatos in hac ciuitate grationopo/ Sed iuxta hec vlterius quero. aliquis de vniuersitate ẽ adeo pauper ꝙ nõ põt soluere ratã seu quotam talis subsidij dalphinalis sibi impositã. An alij de vniuersitate soluent pro eo. dico ꝙ sicvt. l. j. C. de omni agro. deserto lib. x. 7 ita etiã seruat. ¶ Ulterius circa hec quero [a] an talis tallia dalphinalis debeat pequari inter subditos pro solido 7 libra vel per capita/ Inno. in. c. graue extra de sen. excõi. videtur dicere ꝙ p solidos et libras hoc est fm facultatẽ patrimonij barth/ tamẽ distinguit circa hoc si dicto. §. actor municipũ/ tamẽ quicquid sit d iure cõsuetudo huius patrie dalphinalis/ scz in aliquibus locis videlicet in oylẽtio ĩ briansonesio 7 certis alijs locis ꝙ sit perequatio p solido 7 libra/ In alijs vero locis fit per capita pro modo facultatũ vt in hac ciuitate graciono. 7 pluribꝰ alijs locis que consuetudo attẽdi dz vt dicit bar. in simili in. l. j. C. de mulie. 7 in quo loco libro'. x/ Ulterius et quinto circa hec quero vtrum forẽsis qui alibi habebat possit compelli contribuere in dictis subsidijs dalphinalibus cum ciuibus. huius ciuitatis gracionopo. pro rebꝰ 7 possessionibꝰ quas ĩ hoc territorio gracionopo. habet. bartho. dicit ꝙ non: in dicta. l. j. C. de mulie. 7 in quo loco in. q. que incipit/ Sz quero cui possit ĩpom hec collecta 7c. Puto tñ circa hũc passuz fm tempora que in hac patria dalphinali incurrunt sic distinguẽdum/ Quia aut [b] loquimur de forensibus [b] 7 incolis patriarum regni francie sabaudie 7 puincie que nobis cõuicinantur qui forenses habent bona in hac patria licz in ea nõ habitent 7 tunc coguntur contribuere p rebꝰ quas in hac patria possident de consuetudine vt vidi in illis de turnone in regno frãcie/ 7 in illis de tincto in dalphinatu qui hinc inde cõtribuunt in subsidijs regijs et dalphinalibus pro rebus 7 possessionibꝰ q̃s hincinde habent/ Similiter faciunt etiam illi de lugduno contra forẽses pro rebus quas in eadem ciuitate lugduni possident/ Et similiter faciunt etiaz illi de sancto simphoriano auzonis et circũuicini cõtra illos de lugduno qui etiã habẽt possessiões vt dixi etiã. j. q. cccxcvij/ Aut loquimur inter subditos 7 incolas huius patrie dalphinatus/ 7 subdistinguo qꝛ aut subditus dalphina. perequatur ĩ loco in quo fouet domicilium pro omnibus rebus et habita cõsideratione per perequatores ad oĩa que ipse possidet alibi ĩ dalphinatu 7 tũc nõ ꝯpellit alibi p rebus quas alibi possidet/ Aut in perequatione fa

...cta in loco originis non habetur cōsideratio p perequatores nisi ad bōa q̄ ipse habet in loco in quo ipse fouet domiciliū & tūc cōpellitur cōtribuere alibi pro rebus alibi in dalphi. existentibus. Et ita semper vidi fieri & obseruari triginta ānis proxime lapsis a quo tēpore circa inchoaui practicare i hac ciuitate gracionopo. & ideo q̄n veniūt querimonie & dant supplicatiōes presidēti huius curie parlamenti. & q̄ p tēporibus fuerūt semp ɔsueuerūt decretare tales supplicationes hoc modo a rescribat castellanus[a] si supplicans fuerit perequatus in loco domicilij habita consideratione ad oīa que possidet in dalphinatu vl' ne vt p uideri possit &c. b Alteri⁹ vi & quero[b] iuxta hec an si fiat collecta in vna ciuitate p negocijs ciuitatis debeat ciuis perequari in talia pro rebus etiā quas ipse extra ciuitatē habet. licet itra dalphi. vide que dixi. s. q. v. Alterius quero iuxta p̄missa q̄n fit perequatio subditoꝝ dalphi. an dēat hēri ɔsideratio p p̄eq̄tores ad bona mobilia sicut ad immobilia c Bart. dicit φ sic in. d. l. j.[c] C. de mulie. & ita etiā seruat cōsuetudo. Alterius & octauo quero iuxta p̄missa hic ciuitas gracionopo. aut aliqua alia presentis patrie vult facere collectam. an possit facere sine autoritate domini nostri dalphi. aut curie parlamenti. d bar. i. d. l. j.[d] C. de mulie. videtur velle sic dicere φ aut impōitur collecta propter necessitatem ciuitatis & tūc potest facere de iure sine autoritate. vt no. i. l. j. §. penul. ff. q̄d cuiusq3 vniuersitatis no. etiā per inno. in dicto. c. graue extra de sen. excōmunica. quos sequitur do. pe. pape in quodā suo cōsilio incipiente ad dubia &c. Nō tamē possunt illi de cōmunitate se ad inuicē congregare ad istos actus sine licētia domini superioris vt plene tetigit dictus domin⁹ petrus pape in dicto suo consilio in tertio dubio & vide que dixi j. q. xvj. Aut ciuitas vult imponere collectam pro vtilitate publica vt pro soluendo domino nostro dalphino aliqd donū sibi per ciues factum & tunc non e potest[e] sine autoritate & licentia superioris vt. l. placet. C. de execu. mu. ita dicit ibi barth. Sed quicquid sit de iure de consuetudine tn̄ huius patrie ciuitates aut alie ville vel cōmunitates non possunt indicere collectā siue pro eorum necessitatibus siue pro vtilitate publica sine autoritate curie parlamēti aut iudicū inferiorum presentis patrie dalphi. & si contrarium faciāt inq̄stantur & puniuntur arbitrio iudicantis. ita vidi semp fieri & obseruari triginta annis & vltra quibus in hac ciuitate graciono. stetitam in practica φ in hac curia parla. Alteri⁹ & nono q̄ro. an q̄s p re quā restituere tenet debeat soluer collectā. credo φ n̄ p. l. nēo. f ff. de in inte. resti. vt ibi no. p bar.[f] ratio q2 non videt talē rē habere. l. iij. §. hec verba in fi. ff. de nego. gest. & l. lucius. §. idem respondit. ff. de minoribus

¶ Questio. lxxxviij.

¶ An doctores teneantur ɔtribuere in subsidijs dalphinalibus & de aliquibus alijs questionibus gradu3 doctoratus concernentibus &c.

a ¶ Rescribat castellan⁹ &c. Hic ponitur forma decreationis supplicationis dum habenda est ratio perequationis.

b ¶ Alterius & vi. q̄ro. Quo ad hanc questionē vide do. barth. in. l. j. v. col. i ver. itē q̄ro aliquis est hic ciuis. C. de mulie. & in quo lo. li. x. Et ibi videtur dicere φ non debet quis perequari p rebus que alibi soluūt tributū. nisi collecta imponeret ab eo q̄ habet iurisditionē vniformē in omni loco. vt a pricipe. Et tunc debet soluere p rebus q̄s h3 vbiq3 et in hanc opi. videt fere concurrere do. io. an. in c. j. in ver. de hoc dubitatur. extra de immuni. eccle. lib. vj. et post eū ibi idē do. p. de anchara. in ṽsi. vltimo quero. vide do. oldrad. in dicto consilio. clxix. et spe. in. d. §. nūc dicēdū. versi. pono. reginus ac ibi in addi. ioh. an.

c ¶ Bart. in dictō. li. in. v. col. in versi. item quero pro imponenda collecta omnes res sc3 mobiles et immobiles debent estimari.

d ¶ Bartol⁹ in dicta. l. j. in. iiij. col. in ver. q̄ro hic primo.

e ¶ Et tunc non potest. Hoc ē verum vt ibidē sentire videtur do. bart. de iure s3 de facto pōt nisi esset ciuitas que nō recognoscit superiorē & talis qui q̄n sibi placet posset imponere collectam.

f ¶ Notatur per bart. Ita ibi videt sentire dominus bart. in ver. vnde si imponeretur collecta. Sed caue q2 do barth. nō loquit in t'minis casus huiusce q̄stionis. Ipe eū dicit φ si imponeret collecta p re quā quis habet. nō tenet soluere p ea re ad quam cōpetit restitutio vel alia actio: q2 eā re nō h3. Sed statuū debet intelligi de re quā quis vere habet. vt in dicto. §. hec verba siue ergo &c. ecce quomodo loquitur in alio casu videlic3 q̄n q̄rit an quis teneatur ad collectā p re ad quā sibi cōpetit actio vl' officiū iudicis. Non aūt loquitur in casu quo querit an q̄s teneatur ad collectam p re ad quam cōpetit actō aut restitutio ꝫ sc3. vn ex theorica do. bart. patet decisio. casus nr̄i in ṽsu. Et sic p re quam q̄s restituere tenet de3 solui colle. quā cōputabit in rei resti. vt in sili videm⁹ de colo. & inq̄li. q̄ si soluerit collectā eā cōputant in possess. vt dicit spe. de cēsi. §. nunc dicendū in. v. col. versi. itē pone q̄dam vicini & ibi io. an. i versiculo. de via pub. immobilia possunt se conseruare indennes p retentionē fructuū: etiā vbi compellerentur ad soluendas datias vel collectas de facto & nō de iure vt per domi. bal. in. l. cum duobus. §. si in coeūda. versi. tamen colonus. ff. p pro socio. Et facit φ possessor tenetur ad onera soluenda etiam pro tempore p̄terito ſm do. cardinalē in clemē. j. versi. xj. quero & ver. quero an possessor de censibus. Collecta eñ per possessorem solui debet. l. fi. & ibi domin⁹ Bal. in tertio notabili. vbi dicit quod teneas menti. C. sine censibus vel reliquis. Et hoc ē verum siue quis possideat iure proprietatis siue pignoris. domin⁹ bald. in. l. in summa. C. de pignoribus.

a ¶ Bartholꝰ. nihil ibi d̄ hoc per dñm bar. q̇. non
reperiṫ aliq̇d scripsisse suꝑ dicta. l. societas. Sed do
minꝰ bal. ibi. in princ. l. no. ex dicto. §. societas. equi
parari nobiles et litteratos quoad beneficia obti
nēda. Crederē tñ ꝙ voluit allegare dñm bar. in. l. j.
C. de dignitat. lib. xij. vbi ample ⁊ discrete tractat
materiã no
bilitatis.

Primo enĩ
q̇d sit nobi
litas. Scd̄o
ꝑ qd̄ discer
naṫ nobilꝭ a
plebeio Ter
tio qui dicã
tur nobiles
Quarto an
diuitie con
ferãt ad dã
dam nobi-
litatem
Quarto
quotuplex
ē nobilitas
Quito. que
sit nobili-
tas theolo-
gica seu su-
pernatura
lis. Sexto
q̄ sit nobili-
tas natura
lis. Septi
mo quot modis consideratur nobilitas naturalis
Octauo q̇d sit nobilitas policita seu ciuilis. Nono
an in vno loco quis possit esse nobilis ⁊ in alio non
Decimo an quis per militiam efficiatur nobilis.
Undecimo an ⁊ qua pena puniatur qui ꝓpria au-
toritate fecit se nobilem. Duodecimo an sit dare ca
sum in quo princeps pōt cōpelli dare nobilitatem
Tredecimo an ꝓpter vicia aliq̄n q̇s ꝯsequaṫ nobili
tatem. Decimoquarto an possit alicui ꝯferri in pũ
cto mortis. Decimoquinto an nobilitas sit virtus
Decimosexto an nobilis in actibus vt pote electio
nibus testimonijs ⁊ ceteris talibus p̄feratur alijs.
Decimoseptimo q̇s possit nobilitatē ꝯcedere. De
cimo octauo an alius p̄ter principē possit cōcedere
nobilitatē. Decimonono an ciuitas vel populus
suo statuto possit derogare nobilitati. Uigesimo
an per statutũ possit fieri nobilitas vel dignitas q̄
nō est de iure cōi. Uigesimoprimo an decuriones
sint nobiles. Uigesimosecũdo an oīs militia faciat
quē nobilē. Uigesimotertio an de iure cōi aliter pu
niaṫ nobilis q̄ ignobilis. Uigesimoq̄rto q̇d opeṫ
ꝙ multotiēs ⁊ in officijs ⁊ in penis est nobiliũ cōdi
ctio peior. Uegesimoq̇nto qũo fit ⁊ q̄liter ostēdiṫ ꝙ
q̇s facit quē nobilē. Uigesimosexto q̄ officia faciũt
quē nobilē. Uigesimoseptio qũo dñt formari arti
culi in mō ꝓbãdi nobilitatē. Uigesimooctauo vsq;
ad quem gradũ transeat nobilitas q̄ manet a gñe



Sed q̇ro an dñi doctores le
gum in hac ciuitate gracio
nopo. practicantes q̇ nō cō
sueuerũt officiũ ꝓcuratiōis
exercere sed honeste ⁊ honorabiliter
practicare ⁊ viuere tã de eoꝝ patrimo
nio q̄ de patrocinijs teneantur contri
buere in subsidijs dalphinalibus. Et
pro introitu dicendorum premitto ꝙ
in donis gratiosis. ⁊ subsidijs dalphi
nalibus que frequenter istis istis tem
poribꝫ anno q̇libet dño nostro dalphi
no ꝯceduṅt nō fit aliq̄ exceptio nisi cle
ricos clericaliter ⁊ nobiliũ nobiliter vi
uentiũ. Hoc p̄supposito videtur dicen
Sed iuxta premissa quero si mortuo dicto alberto ala mandi donatario superstite dicto iohanne alamandi eius patre z donatore bona donata ad ipsum iohannem alamandi patrē donātem redierint. Vel an transierint ad dictum claudium filium z heredem dicti alberti donatorij[a] dubium fa cit quia sicut soluto matrimonio pa tre dotante superstite dos ad ipsum redit vt.l.vulgata.dos a patre profe cta[b] ita donatio propter nuptias redit ad donantem quia dos et dona tio propter nuptias vt.l.cum multe. C.de dona.ante nuptias.facit.l.si libe ris . cum ibi nota . per glo . z in au ten. dos data.eodem titulo. Et pa riter dicendum videtur in donatione de qua agitur facta dicto alberto vt soluto matrimonio per mortem dicti alberti donatio ipsa redierit ad eius patrem donantem attento presertim φ potissima ratio propter quam dici tur donatio ipsa valere est argumen tum iurium de dote loquentium pro pter que iura supra alle.a paritate ra tionis dicitur ipsa donatio valere cō templatione matrimonij nō ergo ma

a Dicti alberti do natarij . vi de istū con si.xij.incipi. ex facti nar ratione nu. vj.ᵭ. ad ter tiū vero du bium.vol.

b L.dos a prē pfecta C. soluto matri.z.ibi gl.z doc.z ō hoc plene p do.bar.in.l. post dotem vij.col. ver. v. quero. ff. eo.tit. solu. mrimonio.

Adō,qō dat illa lex dos a prē itelligit si fili9 aut filia decet sine liber; sʒ opio.marti.quā ibidē gl.recitat et dicit eam teneri de consuetudie. Et sic q̄stio pre sens non habet difficultatem.q2 satis sustineri po test φ claudius filius alberti donatarij succedit in dicta donatiōe per dictaʒ.l.dos a patre.C. sol.ma trimonio. Et sic pōt dici domino autori huius libri qd nōdum in sciē po queris.

ioris efficacie dʒ eē dicta donatio φ do tis cōstitutio nec tacitū φ expssum sit φ solutō matrimonio redierit ad pa trem donātez sicut dos redit de iure ad prēm dotātē. Preterea de hoc qō donatio de qua agit redierit ad prēz videtur casus in.l.ij.C. de bonis que lib. His tamen nō obstantibus dicen dum est donationē predictam de qua hic agitur seu ius eiusdem ipsi alber to alamādi competens per eius mor tem in dictum claudium eius filium et heredem trāsisse.q2 postφ dicta do natio fuit validata z efficax per ea que s.dicta sunt. Ipō altero decedēte trā sierunt in dictum claudiuʒ eius filium et heredem. Quia sm iura autentico rum istud est hodie expeditum φ ea que perueniunt ad filium patri non querūtur sʒ trāseunt ad descendentes ipsius f.l.ij in auc.de heredi. ad intesta to.§.j.colla.ix.z in aucten.in successio ne.C.de suis z legit.heredi.que ad hu iusmodi declaratione fuit facta ac edi ta. Ideo moriente filiofamilias pa tre z nepote superstitibus relictis ne pos prefertur patri vt ibidem habe tur.et est ratio quia prima causa suc cessionis est descendentium . secunda ascendentium tertia collateralium li cet nepos nō sit suus respectu filij pa tris sui predefuncti cum in eius pote state nō existat in.§.sui. insti. de here dū.quali.z dif.z insti.de pa.pote.in.§. j.nec ibi distinguitur in qua etate triū vel quattuor aut plurium annorum talis filiusfa.vel nepos decedat. Ideo nec nos distinguere debem9.l.prospe xit.ff.qui z a quibus manu.li. nō sunt Et istam cōclusionem ponit glo.[b] in dicta aucten.[c] in princi.ibi[d] dum dicit z sic no.hic zc. Preterea quā do filia de consensu patris stipulatur dotem sibi reddi z suis liberis aut ipe pater nomine filie stipulat ipi filie re stitui vel suis liberis tūc soluto matri monio ipa dos redit ad patrē dotan tem sed trāsit ad filiam si viuat.vt.l.si cū dotē in prin.z.l.post dotē.ff.so.ma trimonio.z no.bar.in.l.que dotis z in l.gayus.ff.so.ma. Et si sic mortua de uoluit ad ei9 liberos tāφ heredes vt

b Glo. ver.si quis igitur in si.

c In dī auten.§. de here. ab in testa.veniē.

d Ibi supple i gl.

est textus in.l.inter socerū.§.cū inter.ff.de pact. dota.vbi in casu omisso et nō cōprehenso in stipulatione facta per patrē de dote sibi restituenda donare videtur ipsi filie et ipsius solius est actio. vt.l.si cuz dotem.in pn.ff.so.ma. et trāsit ad eius liberos tāq̄ heredes ipsius filie. et ita intelligit dictū.§. bar.insequendo odof. et iaco.de bel.visu in predicta.l.post dotē in ver.quarto quero.vbi dicit q̄ qn̄ dos ex donatione tacita vel expressa acquiritur filie.ita q̄ pater nihil habet in ea facere transit ad filios et heredes filie. Secus si nō donauit tacite vel expresse vt notatur ibi. Unde cum voluerit ipse donator bona donata de quib9 agitur vtute ipsius donatiōis dicto alberto eius filio pertinere nedū ɔstante matrimonio sed etiā dissoluto vt patet primo p illa verba in dicta donatione apposita.dedit dicto alberto suo filio presenti stipulanti et recipiēti donatione appo sita pura simplici et irreuocabili q̄ dicitur inter viuos sine spe de cetero reuocanda et c. Si em̄ non durarct nisi constāte matrimonio et per dissolutionez eiusdem censeretur esse reuocata et finita non eēt perpetua et irreuocabilis qualē tamen esse voluit ipse donator. Itē per verba illarū clausularū saluo et retento et c. Et saluis et retētis et c. pdictas em̄ retētiones faciendo reliqua omnia in ipsa donatione comprehendi voluit. et nihil vlterius reseruari immo et reseruationes si q̄ alie de iure cōi essent p hec viderentur esse sublate.C.de pactis cōuentis.l.fi.in auten.de nō alienā.§.vt aūt col.ij.quesitū.§.idē respōdit.ff.de fundo instructo.l.cum pretor.ff.de iudi. et l.j.in fi.cū ibi no.in fine magne gl.ff.de re iu. Itez p illa verba ad habendum tenendū possidendū pmutandū et in quēcunq̄ voluerit transferendū in testamento vel extra et c. Per q̄ manifeste apparet q̄ voluntas et intentio ipsius partis donatoris fuit q̄tā constāte matrimonio q̄ dissoluto valeret dicta donatio q2 si fuisset intentionis ɔsoluto matrimonio etiā per mortē dicti alberti eius filij.dicta donatio reddidisset ad ipsum patrem nō est verisimile q̄ ei dedisset potestatem alienādi bona donata et ea in quemcunq̄ transferendi prout fecit. Postq̄ ergo apparet ex premissis dictum patrem voluisse et fuisse intentionis q̄ dicta bona donata pertinerent dicto eius filio absq̄ limitatione temporis et q̄ donatio ipsa esset perpetua et irreuocabilis et c. dicēdū est per mortem dicti alberti filij bona ipsa nō rediisse ad dictum eius patrem sed transiuisse ad dictuz claudiū filium et heredez dicti alberti. Sicut et dos in casu simili transit ad liberos et ad heredes filie et non redit ad patrem dotantem per ea que.s. dixi. Ex his patet responsio ad rationes et iura in opposittū allegata. Ad illud q̄ dicitur q̄ dos et donatio propter nuptias equiparantur et sicut dos ad dotātez ita et donatio ad donantem redire debet et c. habet locum nō apparet patrē dotantem vel donantez voluisse q̄ dos vel donatio perpetuo nedum cōstante matrimonio sed etiā dissoluto pertineret filie vl' filio. sec9 si de hoc appareat per ea que.s.dicta sunt. Unde cuz in casu isto de quo hic agitur de hoc apparea reat et c. Et hanc opinionem[a] etiam tenui dum practicabā vt patet in quodam meo consilio incipiente tribus satis et c. super processu castri morgiaruz facto pariter etiam non obstat.l.ij.C. de bonis que libe.quia loquitur in casu vbi non apparebat q̄ pater voluisset dotē vel donationē propter nuptias filio vel filie pertinere omni tempore etiaz matrimonio dissoluto. Et ita fm hanc ɔclusionez fuit determinatū per dominos meos in diffinitione dicti processus castri rupischinardi.

Questio.cxlviij.

Si castrum possit reiuendicatione vēndicari el agi debeat confessoria.



In processu existente in manibus petri de bolliaco secretarij curie parlamenti et diffinito per dictam curiaz die .xvj. mensis februarij. M.cccclviij. inter re. in xpo patrem dominū.dominum episcopum sancti pauli tricastrine. diocesis ad causam castri de balmis agentem ex vna parte nobilem gabrielem de bernichis dominum de targes se defendentem ex alia fuerunt facte .xxij. decisiones in iure proxime sequentes in camera consilij in qua erant .xj. tam doctores q̄ licentiati videlicet domini Johan.bauilli presideus vtriusq̄ iuris doctor. Ma.thomassini in legibus licentia. miles guillelmus guillionis decretorum doct. Johannes de sancto germano leg.doctor aduocatus fiscalis. iohannes de sancto germano in legibus licen.prepositus ecclesie sancti andree gracionpoli. Johan.vileta le.doctor pe.ancelmi Johan.moteti franciscus chanterelli anth. valerij legum doctores. et ego guido pape. Licz aliq̄ fuerint in contraria opinione attamē maior pars ita ɔclusit. Primo nanq̄ fuit quesitum an dictus dn̄s episcopus petendo dictum castrum de balmis potuerit ītētare put intētauit rei vēdicationē vl' an debuerit intētare cōfessoriā pretextu iuriū incorporalium dicti castri cū petat ipsum castrū cū iurib9 et pertinētijs que pertinētie vz iurisditio pulueragiū ius pasqueirandi et similia sint incorporalia. Istam questionē mouet do.inno.qui ponit exemplum quando petitur ciuitas castrū vel villa an cōpetat rei vēdicatio. Et post multa concludit q̄ hoc casu potuit intētari reivendicatio cum ipse dn̄s eps

a Opinionē. Hec videtur clara per ea que leguntur et notantur in ipsa aut. de here.ad intesta.veni. col.ix. iūctis his q̄ scribūtur per do. bar.in alle. l.post dotē. in.vj. col. in q̄rta q̄stiōe.

a ¶ Jurisditionē.vide sup hoc do.bal.in.j.vlt.col. ver.queritur vtrum.ff.si cer.pe.

b ¶ Rei vendicatio pro re incorporali. Hoc autē verum est q actio rei vendicationis nō dat ad icorporalia.hac limitatione tamē adhibita videlicet nisi incorporalia veniant accessorie ad rē corporalē:vt dicit domi.

gna nō requiritur ɔsensus capituli.alle.xij.q.ij. terrulas Et q̄ nā sint cāe pp q̄s de iure res ecclie pn̄t alienari.ponit vbi .s̄.do.goffredicens quattuor eē causas ad quas fere omnes alie reducuntur videlz cā necessitatis vt cū debitū vrget.cā pietatis vt pro redēptiōe captiuorū vl' alimonijs pauperū cā vtilitatis vt in.c.si

alex. in addi.ad bart. in.l.vendicatio.ff.de rei vendi.alleg. ad hoc.l.j.§ r.§.si fund? ff.de vi et vi arma.vbi lz interdictū vñ vi nō detur ad mobilia principaliter : tñ dat in consequētia quādo accedūt rei immobili r ita dicit tenere ino. per ibi no. in.c. examinata. extra de iudi.

c ¶ Rerum ecclesie de materia alienationis rerū ecclesie d' qua in hac quest.cū dicē seq.et.q. cccccxciiij.tāgit vide i deci. tholo.q. xcvij.

d ¶ Sufficit solennitas r q hodie in alienatione rei eccle.sufficit ɔsensus epi r capituli.tz do.gofre.in sūma de re. eccle.n̄ alie. j.col.ver.prohibent. Et ibi subiūgit q si res modica sit r necessitas ma

pretendat dñus dicti castri sibi in solidum pertinere pro quo allegat ipse in ar.l.ij.C.de fundis limitro.r.l.ij.C.de bo.vacantibus.Secus autē dicit ipse dñs Inno.Si dictus do.eps pretenderet tantum modo in dicto castro sibi pertinere aliquod ius videlicet iurisditionem[a] vel aliquod ius incorporale nam tunc eo casu non competeret reiuendicatio sed concessoria.quia reiuendicatio non competit pro re incorporali[b] vt videtur velle glo.in c.pastoralis.super verbo vendicare extra de causa possessionis r proprieta. ita dicit ipse dominus inno.quem sequitur dominus antho.de butrio.in c.cum venerabilis extra de religio.domi. Ita etiam dicit iohannes fab.in institu.de acti.in.§.preiudicabilis in.viij. colum.versicu.satis vidimus de actionibus que competunt r c.et' in.§.omnium eodem titulo in.x.colum.et ibi late de hoc. Et ita fuit conclusum inter dictos dominos nemine discrepante.

¶ Questio.cxlix.

¶ De solennitatibus que requirunt in alienatione rei ecclesie r an et qualiter r quando requiratur cōsensus archiepiscopi vel pape.

SEcunda conclusio in dicto processu castri de balmis fuit ista q pro forma alienationis rerum ecclesie[c] non requiritur forma requisita r data in aucten.hoc ius porrectum.C.de sacrosanc.ecclesi.ita tenet cy.bartho.r bal.r Ange.in dicta autē. hoc ius idem tenent glo.r inno.in.c. dudum.de re.ecclesi.non alienan.lib. vj.r hostien.iohan.and.henricus bohic.et anthoni.de butri.in.c.nulli.de reb.eccle.non alie. Sed sufficit solennitas[d] r forma data in summa.xij. q.ij.r in.c.sine exceptione eadem causa r.q.r in.c.dudum de re.eccle.nō alienan.que forma est q alienetur cū tractatu precedēti r de ɔsensu capituli et ibi non dicitur reqri consensum archiepi licet bal.r ange.in dicta auctē.hoc ius.dicant illud requiri.idē dicit glo. in.c.j.in verbo defensore.in fin.de re.

ecclesi.non alie.li.vj.quod requiratur consensus archiepiscopi quando episcopus alienat. An autem requiratur in alienatione facta per episcopum autoritas archiepiscopi et eius cōsensus iohan.and.in dicto.c.j.de re.eccle.non alie.lib.vj.se remittit ad ea que notauit de his que fiunt a prelato sine consensu cap.r ibi concludit q si episcopus iurauit nō alienare sine ɔsensu pape vl' archiepi requirit cōsensus archiepiscopi aliter non valeret alienatio. Aut nō iurauit r nō reqritur cōsensus nec autoritas archiepi nec pape cum hoc iure cautum nō reperiatur ita ibi concludit quem ibi sequitur.Inno.et hosti.in.c.j.de his que fiunt a prelato sine consensu capituli.Idem henricus bohic in.c.irrita eodem titu.idez ibidē tenet dominus cardi.flo.referēdo ibi ita tenere archi.idē tenet r concludit antho.de butri.in.c.j.de his que fiunt a prelato.Idem tenet Inno.quem sequitur do.de sancto gemini.in.c.j.de rebus ecclesie non alienan.ita concluserunt dicti domini doct.in decisione dicti processus existentes licet dominus iohannes de imola dicat q tutius esset requirere consensum pape vel archiepiscopi propter opiniones euitandas in.c.j.de his que fiunt a prelato sine consensu capituli. Sed que solennitas sit seruanda in alienatione e rei fiscalis.vide glo.in.l.j.[e] C.de instru.r iure haste fiscalis.lib.x.Sz f que solennitas requiritur[f] quando venditur res priuati pro debito fiscali. no.in.l.si quos.C.de rescindenda venditione.

¶ Questio.cl.

¶ De prescriptione rei ecclesie alienate per prelatum.



TErtia cōclusio fuit in dicto processu castri de balmis q prescriptio[g] cōtra ecclesiam non incipit currere tempore p̄lati male alienātis Sz a tēpore eius successoris r subducit tēpus quo vixit pre

ne exceptione.xij.q.ij.r cā incōmoditatis vel minoris vtilitatis.vt in d.c.terrulas r de hoc qd predixi vide do.inno.in c.si.de reb? eccle.alienādis vel non.

e ¶ l.pma Et ibi dñs bartholus.

f ¶ Requiritur. Vide glo.j.in.l.si minori.C. de iure fisc. libro.x.

g ¶ Prescripti. Qd ɔtra ecclesi: nō currit p̄scriptio viuente p̄lato i bōis alienatis.tz dominus bald? in.l.j.C.de bōis mater. j.col.circa principium ver.i tex.ibi nullā p̄scriptionem.

a ¶ Utilitatis. Ubi enim est forma seruata ⁊ decre tū superioris interpositū sem ꝑ p̄sumitur factum ꝑ vtilitate ecclesie vt dicit dominus bal.in.c.j.in versi. querit q̄ feu.da.pos.in vsibus feu.


b ¶ Nisi aliter probet. ꝑ hoc bñ facit qd dicit do. bart.in.l.si forte ver.vlti.ibi ego dico ⁊ melius ibi ⁊ ꝑ hoc dixi
vbi dicit ꝙ latus male alienans ꝑ text.in ca.si sa cerdos.xvj.q.iij. ⁊ ita tenēt inno.in.c. cum ex litteris in prin.de restitutione in integrū ⁊ glo.finalis in.c.j.d restitu. in inte. ⁊ videtur sentire io.fa.in.l.fin. C.in qui.cau.in integ.resti.nō est necessaria.in fine. Notanter loquor de p̄lato male alienāte q2 si prelatus aliquid alienauerit qd potuerit de iure alienari ⁊ cū solēnitate ad hoc requisita de q̄ s.dixi.q.cxlix.tūc curret p̄scriptio. de tpe prealllegati alienantis vt voluēt docto.in locis p̄allegatis.ita concluserūt dicti domini doctores ibi p̄sentes.

si in instrumēto vēditiōis facte a capl'o alienius ecclesie cōtinetur p̄cedētib9 legitimis tractātibus ⁊c. Ista verba inter easdē ꝑsonas non ꝓbant. Sed forte secus esset dicēdū si specificaretur que et qualis vtilitas ecclesie īteruenisset arg. eorum que dicit.d. bald.in auc. vnde si parēs circa p̄n ci.ꝟsi.debet tamē ibi ergo quando pr.C.d inof. testā.

Cons 2o lib 18 c.2

¶ Questio.clj.

¶ An presumatur res alienata in vtilitatem eccl'ie si in instrumēto dicat ⁊c.



Quarta conclusio fuit i dicto processu castri d balmis ꝙ l3 instrumento dicat ⁊ narret ꝙ sit factum a causa vtilitatis [a] ecclesie qd tñ non p̄sumitur nisi aliter probetur [b] text.est in.c.j. iuncta glo.et ita ibi tenet dominicus de sctō geminiano de re.eccle.nō alie.li.vj.licet contrarium voluerit sentire glo.inno.hosti.cardi. floren.iij.q.j.in.c.ea noscitur. de his que fiunt a prelato sine consensu capi.vbi dicit ipse domi.cardi.flo.ꝙ quando abbas presentat aliquē licet non dicat quod presentat de consensu capituli presumitur cōsensus capl'i interuenisse cū d iure interuenire d̄beat de quo ibi per eum ita etiam dicit dominus antho.de butrio.maxime quādo instrumentum facit pro reo qui est in possessione non recenti sed lōgiqua in dicto.c.ea noscitur de his que fiunt a prelato.

¶ Questio.clij.

¶ An de prescriptione debeat subduci tēp9 quo eccl'ia fuit in cōmēdā data ⁊ an tpe cōmēde dicat ecclesia vacare.



Quinta conclusio ꝙ de tempore prescriptionis nō subducitur tempus quo ecclesia data fuit i cōmendā: quia tunc nō dicit vacare [c] c.nemo ⁊ ibi glo. d elec.lib.vj.⁊ archi.ioh.mo.⁊ dominic9 de sancto geminiano.quia illo modo habet legitimum d̄fensorē ⁊ est canonicus titulus datio in cōmendā de quo in.c.dubiū.ij.de elec.⁊ in.c.qui plures. xxj.q.j.⁊ per inno.⁊ docto.in.c.si consisterit.de accusatiōe.⁊ maxime ꝑ dñm cardi.flo.qui oēs cōcludūt ꝙ dicit canonicus titul9 ⁊ facit fruct9 suos. nec tunc dicit vacare ecclesia nec obstat.c. j.de deposito quia ibi dicitur ꝙ canonici ⁊ ecclesia non tenentur de deposito ex eo ꝙ pecunia nō fuit cōmēdata idē in dispositū tradita eccl'ie s3 virobelliar d quo nō tenet eccl'ia ⁊ sic nihil facit ad factum nec pariter obstat tex. in.c.ne quis arbitretur. vbi dicitur ꝙ si tu mihi in cōmēdam id est in depositum tradideris gladium tuum ⁊ post efficiaris furiosus ꝙ tibi reddere non debeo.non obstat pariter .c.j.iuncta glo.finali.de prescriptionibus quia ibi loquit q̄n prelatus est hereticus tunc contra ecclesiā non currit prescriptio quia tunc dicit quasi vacare nec est legitimus prelat9 ⁊ spōsus. Sed q̄n dat in cōmēda cōmēdatarius est bñ legitimus p̄lat9 vt p̄dixi.s.⁊ sic nō obstat.

¶ Questio.cliij.

¶ An ep̄s rē ecclesie quem reperit in mēsa sue ecclesie possit inconsulto papa infeudare.



Sexta cōclusio ꝙ p̄lat9 episcop9 vel alius quicunq3 sit non potest rē eccl'ie ⁊ mēse episcopalis non solitam in d feudari de nouo infeudare [d] inconsulto romano pōtifice obstāte iuramē

c ¶ Uacare eccl'ia cōmēdata censet vacare d iure non autē d facto. Ita videt sentire do.archi. in c.q̄ plures. xxj..q.p̄ma Et facit q2 cōmendatarius non h3 ius in ecclesia ꝓmdo.in no.in.c. dudū.iij.col.j. in glo.sua super ꝟ.cōcessionē extra d elec.potest tñ sumere alimēta vt dicit dñs archi.in dicto.c.q̄ plures ⁊ i.c.nemo.j.col.in ꝟsi. commēdare d elec.li.vj. Et sic videt ꝙ ecclesia cōmēdata sublata cōmēda remaneret vacās in curia ro.facit.qd no.archi.in.c.is cui circa princi.ibi ⁊ q2 papa eo.titu.lib.vj. S3 ⁊ forte verius videtur ꝙ cōmēdatari9 fruct9 suos faciat ⁊ eccl'ia cōmēdata nō dicat vacare: quia cōmēda ē canonicus titulus ꝓm glo.⁊ do.archi.⁊ io.an.⁊ pe.d anch.a.i dicto.c.nemo.⁊.d.car.in cle.si.pe.col.xij.q. d ꝓxi. Ite3 q2 cōmoda h3 q̄ndā attinetiam vl' affinitatē cū p̄latura lic3 non sit p̄latura ꝑ quā eccl'ia nō dicit vacare in q̄ vt dictū est habet titulus cōmende. q2 titulus est causatus ad acquisitionē fructuū. ita sentit.d.io. an.in p̄al.c. nemo in.iij. gl.commendare et ibidē post eū do. petrus de anchara. in versi.que ro.⁊ ꝑ hoc aliqui allegant lap.in addi.ad federi.in tractatu ꝓmu. qōne.xv.

d ¶ Infeudare. Clericus seu p̄latus nō pōt īfeudare ea bona q̄ tempore sui ingressus reperit incorporata in ecclesie potestate3 et mēsam etiam si fuissent solita infeudari: vt dicit dominus iacobus de aluarotis in capitulo septimo in princip.iij.col.versiculo quero cū glo.ibi.ex quibus infertur.de his qui feu.dare non possunt in vsi.feu.

a ¶ Iurauerit oẽs aũt exempti ⁊ qui aliquod beneficiũ seu aliquẽ gradũ a papa recipiũt tenent iurare de non alienãdo res eccl'ie romano põtifice in cõsulto. vt dicit dñs bal. in dicto.c.j.in princi.iij.col. versi. quero q̃ sint de his qui.feu.alie.nõ pos. ⁊ glo. in ver. sacramẽto.in preal.c.super.de re.ecclesie alienã vel nõ. Si tñ nõ iurarũt ⁊ alienauerunt rẽ ecclesie tenet alienatio seu infeudatio dũmõ necessaria ĩ alienatione rei eccl'iastice adhibeat de q̃bus. in c.j.do.petr? de anchara. de rebus ecclesie ñ alie. lib.vj. ⁊ ita notãdo sentire vr̃. do. bal.in.c.j.in ṽsi.no. φ archiepiscop? ibi cum omnes episcopi de cle. qui inuesti. fac. in vsi.feu.

b ¶ Inno. dicit in p̃. c. vt sup in gl. sua in versi. de mensa dicit ipse.d.in no. φ cũ episcop? iurat nõ alienare ea que sunt de mẽsa . intelligitur vt non soluz teneat ñ alienare q̃ ãtiq̃tus assignata sunt mense: sed etiam que d nouo sec? autẽ est in illis reb? que ecclesie sunt s; alijs dat vtile dominiũ ẽt qñ ad ecclesiaz reuertunt. ⁊ dat exẽpluz in feudo .et sic nota. φ res in quibus ecclesia

to prestito per eos de non infeudando romano pontifice inconsulto: per.c.vt super de re.eccle.nõ alie. ⁊.c.ij.de feudis. ⁊ per tex.in.c.j. ⁊ ibi glo.si.qui feudum dare non possunt in vsibus feudorũ. per tex.in.c.epm vel abbatẽ feudum dare non posse. ⁊ in.c.j.de clerico qui inuestituram facit. ⁊ ista est vera cõclusio quam tenent glo.iuris canonici pariter et ciuilis.in locis preallegatis hosti. Innocen.hen.bo.hyc.io.an. cardi.flo.inno.antho.de butrio. ⁊ omnes doc.in dicto.c.ij.de feu.bart.bal.ang. ⁊ saly.in auc.quas actiones. ⁊ in autẽ. si quas ruinas.C.de sacrosan.eccle.et an.de ysarnia. ⁊ ia.de aluarotis in feudis in.c.preallegatis. Sed si prelatus a non iurauerit [a] non infeudare ĩcõsulto romano põtifice non requiritur eo casu autoritatis pape vt dixi.s.q. cxlix. ⁊ ita fuit conclusum in diffinitione dicti processus castri de balmis in quo pcessũ nõ reperit φ dñs eps deo datus infeudãs iurauerit non infeudare rẽ ecclesie ĩcõsulto romano pontifice: nec φ ad aliud iuramẽtũ prestiterit

¶ Questio.cliiij.

¶ Si aperiatur feudũ ⁊ res deueniat ad mensam epi ⁊ eps tenuerit per annũ an possit postea rem infeudare ĩ cõsulto papa. ⁊ que bona intelligant esse de mensa episcopi.



Eptima conclusio φ l; res ecclesie solita ĩfeudari possit per prelatũ si aperiatur feudũ inconsulto romano pontifice d̃bitis solennitatib? requisitis rẽ infeudare per iura predicta. Tamen si aperiatur feudũ ⁊ prelatus dictũ feudum apertum ⁊ solitũ infeudari non infeudet s; recipiat fructus ⁊ successor. plat? reperiat illud feudum inter bõa mense nõ poterit inconsulto romano pontifice infeudare si tenuerit p annũ inter bona mense sue ⁊ non infeudauerit ita t; archi.in.c.j.xxxv.q.viij. Bar.

habet directũ dñium ⁊ alius vtl'e.nõ pñt dici d mẽsa.cũ alius fructus pcipiat. h̃ est φ rerum feudaliũ etiã ad ecclesiã reuersaꝝ fieri pmittitur noua in feudatio: vt in.d.c.ij.de feu.res eñ q̃ apud ecclesiã sunt ita vt in bonis ⁊ vtilitate eius perseuerent censende sunt de mẽsa. ⁊ de illis ne quid exeat de mẽsa non licet alienare seu infeudare ro.põti.ĩconsulto obstã. iuramẽto hec q̃dẽ colliguntur ex scriptis eiusdẽ do. inno. ĩ loco p̃alle. ⁊ .do. bal.in p̃alle. cap.j.de cle. q̃ inuesti.facit.

c ¶ Ibidẽ t; bal. videl; in p̃alleg. c.j.in prin. ĩ v.col.in ṽsi. cõsuetudo. ibi ea eñ q̃ nõ sunt .vel veri? in.d.c. j.puta ĩ vlt. no.d cle.qui ĩuesti . facit vbi dicit notando q̃d eo ipso φ ecclesia repitur ĩ possessione feudi nõ iõ p̃sumitur in cõparatum esse nisi hoc pbet q̃d dicit menti fore tenẽdum ⁊ remittit ad notata p dominũ bar.in l.vl.C.d bo. vacã.li.x. et p dñ; iohannẽ an.in.c.j. d rescrip. in cle.

d ¶ Bar. ĩ.l.j.vult allegare bar. in.l.vlt. ĩ q̃rto no.

vero in.l.si vacantia.C.de bonis vacãtibus lib.x.dicit φ tunc dicant applicata mense et esse de mensa quando p officiales ad hoc deputatos descripta sunt in libro aliorum bonorum mense vel quando prelatus hoc declarauerit glo.vero in clemen.j.de excessibus p̃latorum.in ṽbo mẽsam.post inno.in.c. b vt sup d reb? eccle.alie.vel non [b] φ bona intelliguntur de mensa quando percipit eps non solũ directũ dñiũ sed etiã vtile ⁊ tũc infeudari non põt secus qñ solũ percipit dñium directũ. Sed domin? cardi.flo. dicit in.c.ij.extra de feudis.φ si per ãnũ p̃lat? tenuerit feudũ apertũ in mẽsa sua φ d̃sinit eẽ feudũ solitũ infeudari ⁊ ampli? non poterit incõsulto romano põtifice: q: post q̃ tenuit p annum satis videtur inuenire φ voluerit applicare mense sue nisi ex alia causa distulerit infeudare d qua appareat puta vt posset repire bonuz vasallum propicium ecclesie. Et d hoc protestetur φ licet teneat ⁊ non infeudet infra annum est tamen deliberat? infeudare dummodo inueniat vasallũ propicium glo.etiam in.c.j.qui feu.dare possunt hoc idẽ sentit videl; φ p̃latus: bona eccle.siue q̃ reperit tpe sui ingressus de mẽsa eccle.licet al's sint solita infeudari nõ possit infeudare nisi dũtaxat bona solita infeudari que tpe suo aperiuntur. Sed illa glo.cõiter reprobatur per.c.j.in fin.d clerico qui inuestituram facit vbi d: φ archieps mediolañ.id: q̃d tẽpore sui ingressus reperit in eccl'ia nõ infeudatũ nõ potest infeudare l; sit solitũ infeudari Alij vero epi ea que sunt solita infeudari lic; tẽpore eoruz ingressus reperiãt ĩ bonis eccl'ie si sint solita infeudari possunt in c feudare. ⁊ hoc ibidẽ tenet Bal. [c] dicẽs ad h̃ vt possit nõ ĩfeudare requirit φ pbaretur incorporatio facta mense ecclesie ṽm ea q̃ dicit Bartholus.in.l. d prima [d] .C.d bo.vacantib? li.x. ⁊ ṽm baldũ ibidẽ hoc q̃si videt sentire. Inno.in.c.vt sup de rebus eccle.nõ alie. ⁊ glo.post eũ in.c.eccl'ia freq̃ẽs in verbo ad mensam extra de excessibus pre

a ¶ Nõ potuit infeudare hoc est intelligendũ si iuraſſet non alienarẽ seu i feudare iuxta ea que dicta sunt.s.in.q. ꝓxime precedenti.

b ¶ Glo.ꝛ iohã.an.super ver.mẽsaꝫ illa glo. bene declarat que sint ecclesie seu res de mensa eccl'ie autem ille dicunẽ de mẽsa.que sunt ita vnite ꝙ non habent rectorẽ ꝓpe t ium vt dicit do.cardina.in pred. cle.j.in ver. ꝑsentatos. ij.col.iij.q. de exceſ.prelatorum.

c ¶ Sꝫ gratia hoc tenꝫ do.bald. in l. quotiens in vlti.col. versi.ex his ibi ꝛꝑ quos ꝛ glo.in.c.j. ꝛ ibi.d. fac. de aluero. de benefici. frat.ꝛ text. exꝑſſus i.c. j.in fine.de feud.da.in vic.l. ꝯmiſ. sed veritas est ꝙ feuda possunt acquiri per pecuniam indistincte.vt tenet cõclusiue domi.

lato.vbi dicunt ꝙ bona intelliguntur de mensa quando episcopus percipit vtile ꝛ directũ dominiũ.Sꝫ dictus dominus eps deodatus q̇ dictũ castꝝ de balmis infeudauit bastardo de q̄ralio ꝑcipiebat directuꝫ ꝛ vtile dñiuꝫ dicti castri de balmis tẽpore dicte infeudationis ergo intelligitur de mẽsa.do.iaco. de aluerotis vero in.c.quĩ feudũ dare possunt.tenet idẽ ꝙ bal.videlꝫ ꝙ licet ꝑlat⁊ tẽpore sui ingressus reperiat bona eccl'ie al's solita infeudari poterit infeudare sicut fecisset ꝑdecessor suus per rationes ibidẽ positas ꝑ bal.Nisi vt dicit essent incorꝑata ecclesie ꝛ facta de mensa vt dicit ipse habetur per do. in.c.vt sup.extra de reb⁊ eccl'ie nõ alienandis.ꝛ per gl.in cle.preallega.in qb⁊ dicsit doct.ꝙ qñ percipit eps vtile dominiũ dicit̃ de mẽsa vt ibi q꞉ tũc inconsulto papa infeudare nõ posset ita ibi dixit andre.de ysarnia i.d.c.ſ.q̇ feu. dare nõ possunt.vbi tenet ꝙ licet ꝑdecessor nõ dedisset in feudũ illud qd solitũ fuit infeudari nihilominus possit successor dare ar.notatorũ in.l.cũ de consuetudine.ff.de legibus.nisi a predecessore immediate fuisset illud feudũ receptũ in mẽsam suã ꝑ.xxx.annos quoniã tũc esset inducta cõsuetudo nõ dãdi ꝛ iste sunt opiniones doc.in hac materia scribentiũ. Sed si dicta domino rũ.doc.ꝛ iura q̄ ipsi allegãt certe ꝯsiderentur videntur om̃s sentire id qd sonat glo.archi.ꝛ dñs cardi.florẽtin⁊ videlicet ꝙ si illa bona solita infeudari reuertant̃ ad eccl'iam ꝛ nouus prelat⁊ reperiat de mẽsa eccl'e sue lꝫ sint solita infeudari et tenuerit per certum tempus saltim per annum ꝺm archi.et cardi.floren.immo etiã sine temporis prefinitione dummodo fuerit reducta ad mensam ꝛ scripta cũ alijs bonis de mẽsa ꝺm bar.bal.ꝛ ia.de aluerotis in locis prealle.ꝛ tunc non poterit illud nouiter infeudari.Et dicũtur ꝛ presumũtur in dubio esse de mensa ecclesie ꝺm inno.hostien.do.cardi.florẽ.ꝛ doct.in c.vt super preallegato quo casu nõ potest inconsulto romano pontifice eps infeudare ita oẽs sentiũt.Et in isto casu in quo sum⁊ q꞉ apparet ex discursu dicti ꝑcessus ꝙ dictũ castrũ de balmis fit solitũ infeudari lꝫ apparet ꝙ dict⁊ dñs eps deodat⁊ de stagno eps tricastrieñ.infeudãs tenebat in mẽsa ꝛ cũꝫ alijs bonis ecclesie sue dicẽdũ est ꝙ dictus dñs eps deodatus nõ potuit infeudare[a] dictũ castꝝ de balmis dicto bastardo de q̄ralio icõsulto romano pontifice ꝑ textum in.d.c.vt super de rebus eccle.alienan.vel nõ.Que dicatur mensa ꝛ quid appellatione mense contineatur vide tex.glo. ꝛ bartho. in.l.cum pater.ſ.mẽse.ff.de le.ij. Que res dicant̃ eẽ de mẽsa epi vel abbatis vide inno.in dicto.c.vt super ꝛ ponit remittẽdo bartho.in aucten.q̄ rem.C. de sacrosan.eccle.ꝛ vide gl.ꝛ iohan.an. in clemen.de exceſ.prelatorum super b verbo ad mensam[b].

¶ Questio.clv.

¶ Si in feudatione reperiat̃ aliquid datum in recompensam an talis cõtractus dicatur feudalis vel permutatio.



Et ita vt in ꝓxima precedẽti decisione continet fuit ꝯclusũ ꝑ dictos dominos doc.i casu iquẽ dict⁊ ꝯctus de cuius reuocatiõe in.d.ꝑcessu agebat̃ fuisset mere feudalis.Sꝫ aliq̇ ex dictis dñis doct. opinãdo dixerũt hoc casu dictũ cõtractum nõ fuisse feudalẽ.sed potius fuisse cõtractũ permutationis cũ ꝑ dicto castro de balmis dictus bastard⁊ de q̄ralio tradiderit in cõpensaꝫ dicto epo deodato bona que habebat in sancto restituto ꝛ in certis alijs locis. Quia ꝺm naturã feudi nõ conceditur feuduꝫ c ꝑmio lꝫ grã[c] vt sunt iura vulgata et cũ natura feudi de qua in ipso ꝯtractu fit mẽtio alterari ꝛ conuerti potuerit in cõtractũ ꝛ naturaꝫ permutationis. ar.l.vbi ita donat̃.ff.de donati.cã mortis.ꝛꝑ consequens nõ fuit opus cõsensu pape qui requiritur in infeudatiõe rei eccl'ie nõ solita infeudari.vt dixi.s. q.cliij.in ꝑn.Sꝫ hoc casu sufficere debuit tractatus ꝛ cõsensus capituli ꝑut in q̄cũꝙ alia alienatiõe vt plene scripsi.s.q.cxlix.Et istd fuit vnũ fundamẽtum quare fuit lata sententia absolutoria super dicto ꝑcessu pro dicto domino de targe reo.

Questo.clvj.

¶ An res min⁊ vtiles ꝛ onerose ecclesie possint aliẽari absꝙ aliq̄ solẽnitate.



Lia cõclusio fuit i dicto ꝑcessu ꝙ licitũ ẽ tã ꝺm tex. glosã ꝛ doctores alienare res ecclesie minus vtiles vl' q̄ sũt onerose eccl'ie ꝛ q̄ plus icõmoditatis afferunt ꝙ cõmodi d tatis etiã sine aliqua solennitate[d] ꝺm dispositionẽ vniuersitatis consilij

iac.de alue. in preal.c.in ij.col. in.Ꝟ. ex qua glo. elicius duas conclusiones ibi: sed tu melius ꝛ subtilius de benefi.fra. in vsi.feu.ꝛ ex hoc patꝫ solutio presentis questionis.naꝫ dare pecuniã aliã vel rem pro feudo acquirẽdo nõ est cõtra substantiã ꝯtract⁊ feudalis et sic non transit in alium ꝯtractũ obstante quoꝙ verboruꝫ significatione.q̄ id non patit̃.facit qd legitur ꝛ scribitur in l.cũ ꝑcario. ff.de preca rio.vide.d. bar.in.l.vbi ita donatur j.oppo.ff.d dona.causa mortis.

d ¶ Siue solẽnitate. alienatõ rei ecclesiastice facta.sine iuris solẽnitate valet.si sit

agatēsis relati in.c.terrulas.⁊ in.c.itē domꝯ.xij.q.ij.⁊ in.c.fugitiui.⁊ in.c.cuꝫ liceat eadē cā⁊.q.glo.j.in summa eadē a cā⁊.q.⁊ idē hugo.⁊ archi.[a] Idē tenēt inno.host.hen.bohic.d.frā.d zabarel.cardi.floren.in.c.nulli extra de re. eccle.nō alie.idē hosti.in summa eo.ti.§.ex quibus .ver.v.cā incōmoditatis. idem glo.in.c.j.extra de his que fiunt a prelato.nam glo.sequitur ibidē hosti.⁊ cardi.florē.dicentes: ꝙ epi possīt alienare domos etiam in ciuitatibus existentes que sunt maioris oneris q̄ꝫ vtilitatis ⁊ maioris incōmodi q̄ꝫ cōmodi.ideꝫ tenuit federi.de senis in suo cōsilio.ccccij.in quo consilio dixit ⁊ consuluit vt refert card.florē.in .c.j. extra de his que fiunt a p̄lato.ꝙ prelatus q̇ iurauit non alienare inconsulto papa pōt alienare dādo in emphitheosiꝫ rē exigui valoris. Qꝛ iuramētum nō debet extēdi ad grauamen eccl'ie nec ad id qđ est in detrimentum eccl'ie.ideꝫ tenet do.an de butrio in.c.j.extra de his que fiunt a prelato.vbi dicit ꝙ docto. dicunt ⁊ tenent ꝙ ep̄s pōt alienare domos ecclesie que sunt minoris sumptꝯ quam redditus sine alia solēnitate idē tenet hosti.in summa de his que fiunt a prelato.sine consensu capi.in.§.⁊ in quibus. etiam dicit non requiri consensum sui capituli.in alienandis rebꝯ eccle.qui sunt magis onerose q̄ꝫ vtiles ⁊ sic cum dictum castrum de balmis ꝓbetur per testes ꝙ tp̄e dicti contractꝯ erat magis onerosum q̄ꝫ vtile bene potuit ꝑ modum per quē alienari ⁊ sup h' aliq̇ ex dictis dominis doctoribus opinādo circa diffinitionem dicti processꝯ dixerūt dictū contractum valuisse.

Questio.clvij.

An in ꝯtu alienatiōis rei eccle.inspiciat tp̄s ꝯtus vl' si debeat īspici tēpus quo res ad magna fertilitatē fuit reducta diligētia ⁊ facto acq̄rētis.⁊c.



Otanter supra in preceden ti questiōe dixi de tp̄e ꝯtꝯ qꝛ in ꝯtibꝯ hmōi alienatio nū factarū per ecclesiam in b spicit tp̄s ꝯtus [b] An ecclesia sit lesa tp̄e ꝯtus vel ne. Et nō inspicit an post ꝯtū res sit reducta ad magnam fertilitatē diligētia acq̄rētis multū vtilis ⁊ fructifera.ita decidit gl.iūcto tex. in ꝓpria materia in.c.ad anres. de re. eccle.nō alie.⁊ gl.iūcto tex.in.c.cū dilecti.in ꝓpria materia de emptio.⁊ vē.facit glo.nota.in.c.dudū.extra de eletti. etiā tenet inno.in.c.cū dilecti.⁊ hostiē. post eū extra de empti.⁊ vē. idē tenet host.in.d.c.ad aures. vbi dicit ꝙ tp̄s contractus inspiciendum est si ecclesia dicat se lesam ꝓpter alienationeꝫ quā fecit ita ꝙ si res alienata sit multū meliorata hoc nō considerabitur ne agri cultores ⁊ emptores suam diligentiā et laborem deperdant.facit tex. cū ibidem no.per eundem hosti.in.c.j. de resti.in integ.ita etiā tenet cardi.flor. ⁊ d.an.de butrio.in.d.c.ad aures.⁊ in.c. cū dilecti extra de empti.⁊vē. Idē etiā tenet raymundus in summa sua de casibus in titu.de vsu. Et ista ē cōis opinio canonistaꝝ in rebus eccle. ⁊ idē in rebus ꝓphanis ⁊ plenꝰ ꝑ doctores in l.ij.C.de rescin.ven.⁊ facit glo.in.c.cuꝫ causam extra de testi.quā glo.ibi commēdat singulariter dn̄s meꝯ dn̄s iohā. de crassis ꝓut sub eo reportaui in suis lectionibus dū legeret taurini dictū.c. cū cāꝫ. Et ideo licꝫ dictū castrū de balmis sit.nunc bonū ⁊ vtile per diligentiā dicti domi de tniarge rei vt dicūt testes. Non tamen propter hoc debet cōsiderari illud tempus pn̄s sꝫ tēpus cōtractus ⁊ in hac opinione fuit maior pars dictorū doctoꝝ.q in deliberatione dicti processus interfuerunt.

Questio.clviij.

An terre ecclesie q̄ sunt inculte ⁊ hermes possint ꝑ p̄latū cū solēnitate de q̄ s̄.q.cxlix sit mētio dari in feudū vel emphiteosim perpetuam ⁊c.



Lia ⁊.xj.cōclusio fuit facta ꝑ dictos dn̄os docto.in decisione dicti ꝓcessus castri de balmis ꝙ terre ecclesie q̄ sunt inculte ⁊ hermes possunt per prelatū cū solennitate de q̄ dixi .s̄.q.cxlix. dari in feudū ⁊ emphiteosim perpetuam.[c] iste est tex.in.c.ad aures extra de rebus ec.nō alie.⁊ ita.⁊ etiā dicunt et tenent. Innocen.⁊ Hostien.in dicto c.ad aures vbi dicit Hostien.ꝙ equuꝫ et iustum est ꝙ talis alienatio fieri possit ne alij a similibus retrahantur sed potius inducantur ad meliorandum res hermes ecclesie.ita tenet etiaꝫ cardina. Floren. ⁊ dominus anthonius de butrio in dicto.c.ad aures.dummodo tradatur res hermes ⁊ inculta vt reducatur ad culturam ⁊ q̄ inculta non afferebat tantum vtilitatem sicut quādo est culta quia si inculta afferret tantam vtilitatem ecclesie sicut post culturam nō posset alienari vt ibi ꝑ eos ⁊c.

vtilis eccl'ie vt ꝑ doct.et dn̄m abba. sicc. in.c.j.d his q̄ fiūt a prela. et est in electione eccl'ie an velit stare huiusmodi cōtractiui. vt i.c.j.per gl. in versi. sede vacā.aliqđ inno. et do. inno. in predi.c.j. de his q̄ fi.a p̄la.vbi auteꝫ resesset parua alienatō facta ꝑ prelatū sine cōsensu capituli valeret indistincte vt vr̄ innuere.d.inno. i pre.c.j.d his q̄ fi.a prela. sed ꝫm do. abba.vr̄ exigi tacitꝯ cōsensus i alienatione perpetua rei parue.vt ipse sentit in iā dicto .c.j. i fine de his q̄ fiunt a prela.⁊ in.c.ij. eo.titu

a Archidi.istđ videt esse veruꝫ in rebus inutilibus ꝑuis longe postis secꝯ autē in magnis rebꝯ lꝫ inutilibus vel lōgis positis que quidem circa debitā solennitatē alienari nō possunt.ni si forte magna imminēte necessitate vt sentire videtur do.archi. in c. terrulas. xij.q.secūda

b Tēpus cōtractus. istud expsse tenet do. in no.in.c. ad aures in gl. sua in versi. tūc possunt extra de re. eccle. alienā dis vel non.

c In.c. ad aures casus auteꝫ ꝑ ut hic ponitur videtur esse de indubitato. vel saltem decisus ꝑ ea q̄ dicta sunt.s. in .q.clvj. sꝫ p̄al.c.ad aures pōit casum magis dubitabiliē videlꝫ ecclesia dedit silua reducendam ad culturā ⁊ ea reducta ad culturā concedetur reducēti i emphiteosim. in hoc quidem dubito respōdetur ibi in littera d fieri posse.

itaque [illegible] p. 323 n. 1 cons[illegible] H. 18 c. 2 [illegible]

[illegible] salvo sendo os bens tão esteriles et ba[illegible]

❡Questio.clix.

❡An teneat contractus alienationis rei ecclesie fact⁹ cū solēnitate debita vt sit necesse prius contractum rescindi per restitutionem in integrum enormiter lesa anteq̄ res possit vēdicare. Et an talis cōtractus nullus prebeat cāz prescribendi ⁊c.



Duodecima conclusio facta fuit in decisione dicti processus q̄ alienatio rei eccl'ie facta cū solēnitate de q̄ in.c.sine exceptione ⁊ in.c.dudū licet cā alienatiōis non subsit vel ex ea alienatiōe ecclesia sit lesa. Tn̄ tenet cōtract⁹ ᵃ licz postea rescindatur p restitutionem in integrū ita tenet gl.in summa in fi.xij.q.ij.ita etiā tenet glo.iuncto.tex.in.c.j.extra de restitutione in integrū facit textus.in.c.ad nostrā iuncta glo.ibi innocen.hostien.cardi.flo.⁊ an.d butrio extra de rebus eccle.non alie.qn̄ videlicet in contractu alienatiōis ecclesie seruatur forma licet enormiter ledaꝛ ex illo contractu tn̄ tenet cōtractus.⁊ sic cū in isto cōtractu alienatiōis dicti castri de balmis fuerit seruata solēnitas ad hoc requisita de qua dixi.s.q.clix. Dicendum est contractum tenere immo plus dicunt docto.in.c.j.et in.c.ij.extra de his que fiunt a prelato.q̄ alienatio per prelatum facta sine consensu capituli non est ipso iure nulla si ecclesia velit postea eam ratam habere ita tenet Inno.in.c.j.⁊.ij.preallega⁹tis ⁊ hosti.in.c.fi.ne sede.vacante.⁊ in capi.j.ij.⁊.iij.extra.de his que fiunt a prelato.vbi recitat opiniones ⁊ tenet q̄ valet contractus per epm̄ seu prelatū factus sine ꝯsensu capituli qꝛ aliter non rescinderetur ⁊ tamen rescinditur in.c.si qua de reb⁹.xij.q.ij.idem tenet ipse hosti.in.c.j.extra de his que fiunt a prelato vbi dicit q̄ alienatio per prelatum facta sine consensu capituli non est oīno irrita.qꝛ sic non posset ratificari. Et tamen ratificari potest p.c.j.⁊ iij.extra de his que fiunt a prelato.idē tenet de zabarellis ⁊ antho.de butrio in.c.j.⁊.iij.⁊.c.cum nos extra de his q̄ fiunt a prelato.et idem dominus ant.de butrio in dicto.c.j.ne sede vacan.dicentes q̄ considerato tempore contractus est nullus sed habendo respectuz ad tempus futurum in quo capl'm potest ratificare non est null⁹ et ibi prosequuntur p longa v̄ba d quo ibi plene p eos plus dicit hosti.quem sequiꝛ dominus antho.de butrio.q̄ alienatio p p̄latū sine cōsensu capituli facta adeo tenet q̄ prestat causaz prescribendi et confert titulum prescribendi per textū extra d iure patro.vbi bon⁹ casus iuncta gl.que vult q̄ ex alienatione facta per laycum de re.ecclesie sine autorita te epi̅ et consensu capituli non pōt donatarius retinere nisi prescriptione lōga sit tutus.ergo ille titulus inualid⁹ sicut ibi sentit glo.dat causam p̄scribēdi et ibi dat tres solutiones gl.et ino.addit duas et host.eas sequitur et do.cardinalis flo.et antho.de butrio.qui addit vnam solutionem quam tenuit et disputauit florentie vt ipse refert et ibi est maxima difficultas in soluendo contrarium per glo.formatū et in seruādo text.dicti.c.cura. Et iste est ver⁹ intellect⁹ illius.c.cura.de iure p̄ro.per doc.cōiter approbatus q̄ lz ad trāsferendū plenum ius nō sufficiat solus cōsensus epi̅ sed requiraꝛ cōsensus capl'i tn̄ ad causandū prescriptionē sufficit consensus epi̅ quē intellectum sequiꝛ ino.hosti.io.an.et hen.bohic et anto.de but.in dicto.c.cura. Sed in isto cōtractu facto d dicto castro de balmis nō solū iteruenit ꝯsensus epi̅ alienātis q̄ sufficit ad causandū p̄scriptionē vt proxime dixi lz etiā interuenit tractatus et consensus capl'i vt p3 instrō dicti cōtractus ergo sufficit dict⁹ titul⁹ ad causandū p̄scriptionē. Sed iuxta p̄missa quero nunq̄d ēptor h3 actionē ꝯ p̄latum alienantem rem eccl'ie indebite ᵇ ad repetitionē p̄dij vide inno.ᵇ i.c.si quis de re.eccle.nō alie.vide etiā3.j.q.ccv.de illo q̄ tenuit rē feudalē tanq̄ alodialē an pdat p̄cium ⁊c.

❡Questio.clx.

❡An i alienatiōib⁹ i q̄b⁹ reqriꝛ ꝯsensus capl'i d̄beāt vocari cano.absentes.

ᵃ ❡Tenet contractus vt plenius liqueat de hmōi iuris articulo est,dicendū q̄ alienatio de re.eccle.facta cōtra debitā formā est nulla ipso iure licet facta fuerit in casu concesso:vt.xij.q.ij.sine exceptiōe. Sz si facta forma seruata ⁊ in casu cōcessa tenet de iure ar.extra de his que fiunt a prela.sine consensu capituli cū nos.⁊ de emptione ⁊ vendi tione:cū dilectus.et.c.cū cā:lz si dānosa fuerit eccl'ie r̄scinditur per bn̄ficium restitutionis.vt extra d in integrū restitutiōe.c.j.sed si dolus det cāz ꝯctui puta dolo iducitur eccl'ia vt vēdat ⁊ vēditura non erat tūc ipo iure non tenet ꝯct⁹ vt ff.de dolo.l.elegāter.ar.xij.q.ij.quisquis eps̄ in fi.⁊ d rerum pmu.cū vniuersoꝝ.si vero dol⁹ incidat in cōtractū:vt qꝛ ecclesia spōte vēdidit.qꝛ venditura erat lz circūuēta ē in p̄cio qꝛ minori p̄cio vēdidit q̄ res valeret ⁊ h̄ per circūuentionē emptoris tūc t3 ꝯctus lz agitur vt eccl'ia nō decipiaꝛ.vt.ff.d act.empt.⁊ vendi.l.iulianus.§.si vēditur vbi autem ecclesia deciperetur vltra dimidiam iusti precij agitur de iure communi vt extra de emptione et venditione cum dilecti ⁊.c.cum causa.⁊.C.de rescin.ven.l.rem maioris ita forma liter.iuquit do.go fre.in summo de rebus eccle.alie.vel nō.in.ij.col.inver.⁊ no.q̄ solēnitās ibi alienatio facta.

ᵇ ❡Inno.qui in dicto ca.si q̄s format hanc q̄stionē ⁊ respondendo dicit q̄ emptor habet actionē ex ꝯctu aduersus p̄latum vendentem ad precium reddendum vbi tradit modū ⁊ formā petēdi.



Alia ⁊.xliiij.decisio fuit in dicto processu castri de balmis facta videlicet ꝙ in alienationibus rerum ecclesie in quibus requiritur consensus capituli et canniocorum capituli sufficit vocare p̄sentes [a]. Nec est necesse expectare consensum absentiū ſʒ sufficit consensus p̄sentiū ita cōcludūt inno.⁊ hosti. in.c.j.extra de his q̄ fi.a p̄lato sine consensu capituli.idē ibidē tenet henri.bohic.idē dñs cardi.flo.dicto.c.j.in vltima sua qōne quos sequit̃ antho.de butrio ꝑ regulam positā per glo.in.c.p̄sentium extra de testi.que dicit ꝙ absentes non debēt vocari nisi in tribus casibus ibidēʒ expressis inter quos nō est ista ⁊ sic non fuit necesse ꝙ in dicto contractu castri de balmis vocati fuerint canonici absentes sed sufficere debuit consensus tunc ibi presentium.

¶ Questio.clxi.

¶ In prescriptione contra ecclesiam q̄tum tempus requiratur.



Vlterius in diffinitione dicti processus castri de balmis fuit alia dcisio facta super eo videlicet aliqui visi fuerint tenere ꝙ ī materia feudali contra ecclesiaʒ in prescribendo rem ecclesie que datur in feudū requiratur tantum tempus cuius initij memoria non existat in contrariuʒ vt tenet glo.quarta qui feudum dare possunt. Alij vt azo. ꝙ sufficiunt.xxx. anni.[b] Alij vt iaco.de bel.visu in ca.j.qui feu.dare pos.dicit ꝙ requiruntur xl.anni.alij vt nicolaus de neapoli.d.c.j.qui feud.da.pos.dicit ꝙ sufficiunt.xxx.anni cum infeudatio nō fit si oīno alienatio cū remaneat dominium directū per qd̄ vtile pōt cōsolidari ⁊ reuerti ad ecclesiam. Sed postea superuenerunt bal.⁊ iaco.de aluerotis doctor.nouissimus actu legens de p̄nti in vniuersitate padue q̄ in dicto.c.j.qui feu.dare possunt istas varias opiniones concordare voluerunt. Sic distinguendo: aut infeudatio seu alienatio rei ecclesie est manifeste dānosa ecclesie ⁊ tunc requiritur tātū temp⁹ cuius initij memoria non habet̃. Et ita intelligat̃ dicta prima opinio ſm gl.s̃.in prin.allegatā aut est manifeste vtilis ⁊ sufficiūt.xxx. anni ⁊ procedat opinio nicolai de neapoli. Aut ē dubiū ⁊ tūc reqrunt̃.xl.anni. Sed omissis istis difficultatibus ⁊ subtilitatibus vera cōclusio tam antiquorum q̄ modernoꝝ est ista scʒ ꝙ contra ecclesiā nisi sit ecclesia romana currit p̄scriptio.xl.annoꝝ. Ita dicunt ⁊ tenent doc.in auc.quas actiones [c].C. de sacrosanc.eccle.per illā auten.⁊ canoniste in.c.de quarta ⁊.c.ad aures ⁊ ca. illud ⁊.c.quia iudicante [d] extra de prescriptionibus ⁊ in.c.curia extra de iure patronat⁹. Et ista est vera conclusio etiam in materia feudali.licet aliq voluerunt dicere ꝙ contra ecclesiaʒ.in materia feudali sufficiunt .xxx.anni. ꝑ c.si quis.per.xxx.si de feudo fuerit controuersia vbi si vasallus possiderit per xxx.annos feudum dñs postea sibi nō potest mouere controuersiam sed feudi consuetudines locum habent in rebus ecclesie vt in.c.j.⁊.ij.extra de feudis ⁊ ita ibi tenēt docto.hosti.⁊ cardi. flo.bald.⁊ iaco.de aluerotis in.c.j.qui feudum dare possunt. Tū quicquid sit communior opinio est ꝙ requirunt̃.xl. anni. Sed per dictum ꝓcessum.apparet ꝙ deducto tp̄e [e] quo vixit dominus ep̄s deodat⁹ infeudās dict⁹ dñs de targe reus dictū castrum tenuit et possedit tam ꝑ se q̄ per eius p̄decessores a quibus in hac parte causam habʒ dictū castrū de balmis q̄draginta imo quadraginta q̄ttuor annis ⁊ vltra āte litem huiusmodi mota igit̃ ⁊c. De prescriptione contra ecclesiam romanam ⁊ ecclesias sibi immediate subiectas vide que scripsi.s̃.q.xxxvj.

¶ Questio.clxij.

¶ An vasallus possit feudum alteri infeudare vel aliter alienare sine consensu domini. Et hoc casu cadat res feudalis in commissum ipso iure vel per sententiam.



Vit etiam conclusum in diffinitione dicti processus castri de balmis ꝙ licet iure antiquo nouo ⁊ nouissimo vasallus sine consensu domini possit feudū suum alij infeudare vt est text.in.c. j.si de inuesti.feu.controuer.fue.§.fin. ⁊ in.c.j.q̄liter olim feudū poterat alienari.§.j.⁊ in.c.j.ꝑ quos fiat īuestitura §.ſʒ etiā res ⁊.c.bñficiū si de feudo controuersia fuerit.⁊ d̃ lege corradi.c.ij.§. fil'r.⁊.c. imperialē de ꝓhi.feu.alie. per federi.§.illd̃ quoq̄ p̄cipim⁹.⁊ ita tenēt glo.[f] iac.de bel.visu d̃ Nicola⁹ neapoli bal.⁊ ia.de aluerotis in locis p̄allegatis. Ita etiā tenēt glo.hosti.vincen

a ¶ Presētes qd̄ autē cōsensus tm̄ partiū ⁊ nō absentium sit reqrēd⁹ ī alienatiōe rei eccl'iastice videtur expresse sentire do.inno. in prealleg. c.j.⁊ ibi.do. abb.de.his q̄ fi.a prela. sine ꝯsensu.

b ¶ xxx.anni hmōi autem prescriptio.xxx.anno.etiam in priuato.nō haberet locū si mō is causaʒ ignorauerit quia ciuil'r possedisset ita sētire videtur dñs ioh.an. ī addi.spe. d̃ feu.in p̄n. j.col.ī versi. iac.veronē.

c ¶ In aut̃. q̄s actiones ⁊ ī.l.fi.⁊ ibi do.⁊.d.bar. e.ti.C.d̃ sac. san.eccle.

d ¶ Et.c.indicāte. Et ī c.ad audientiā ⁊ ibi.docto.eo.ti.de prescri.⁊ istd̃ ē veꝝ ꝙ.xl. ānoꝝ p̄scripto.⁊ nō minor reqrit̃ ⁊ sufficit ꝯ ecclesiā nisi lata snia ēt iniusta victor possedisset. xxx.annis. xvj.q.iij.inter cetera.§ item si de rebus.et ibi dñs archid. ī gl.immo p̄scriptio.

e ¶ Deducto tp̄e.hoc ideo dicit q: tp̄e p̄la.male alienātis nō currit p̄scriptio sed post ei⁹ mortē īcipit currere: vt formaliter.di.do.archidi. xvj.q.iij.p⁹ q̄ngentos.

f ¶ Gl.sputa q̄ feuduʒ alie.qd̄ itcl'ige veꝝ dñ'mō nō infeudet ecclesie: q: tūc deterioraret̃ cōditio prioris dñi vt dicit dñs fely.in di.c.que in ecclesiaꝝ.in xxvij.col.in gl.inver.feudū circa pri.

tius Jo.an.hen.bohic.& cōiter doc.in c.quē in ecclesiarū extra de ↄstitutionibus.tū vasall⁹ irreqsito dño rē feudalem vēdere nō pōt lȝ olim de iure antiquo posset necessitate suadēte vsq̧ ad mediā ptē etiā ignorāte dño vt in.c.j. qbus modis feudū admittaẛ in.§.rursus.hodie tū vasallus nec partē nec totū feudū irreqsito dño pt alienare.qḋ si vēdat dño irreqsito cadit ipso iure a feudo & aperiẛ feudū dño vt dicit tex. in.c.imperialē.§.habito.de phib.feu.alie.per fede.& in.c.impialis.de phib.feu.alie.p lothariū.& ita tenēt canonista ste post gl.a Inno.hostiē.card.flo.& do.an.de butrio.in.c.ij.extra de sen.& doc.in.c.que in ecclesiaȝ extra de ↄstitutionib⁹.& spe.in ti.de feu.§.qm̄ ver.xxx.& ibi ioh.an.in addi.idē tenent legiste videlȝ iac.de alverotis in.c.si qs miles de feudo sine culpa nō admittēdo vbi dicūt ꝙ cadit ipso iure nec reqritur aliqua snīa.Idem tenēt glo.iac.ardizone.nicolaus de neapoli.bal.& iaco.de alverotis.in.c.j.ḋ phibita feudiali.p lothariū.& i.c.imperialē ḋ phibita feu.alie.p fede.qḋ verū puto si p̄ textu talis venditiōis sequaẛ traditio aliter non aperiẛ feudū vt pbat tex.de phibita feu.alie.p fede.in.c.imperialē in.§.callidis.ibi dum dicitur & in alios transferunt &c.& ita etiā tenet pe.iac.i tit.de ac.in rem.que p re feudali ↄpetit.& idē puto in re emphyteotecaria q̄ si vendaẛ & nō sequaẛ traditio nō committiẛ vt plene dixi.s.q.cj.Sed quid si vasall⁹ alienat & tradit & postea recuperat se an euitet penā cōmissi.doct.vbi b supra dicūt ꝙ nō b ḋ materia iuris emphyteotecarij in alijs terminis etiā tetigi.j.q.cccccxxv.& q.xlvj.

a Post gl.videlȝ in ꝟ.alienare.& ibi do.hodof.in sum.titu.de feudis in ver.amittitur.

b Post ea recupat ꝙ nō.ḋ hoc est tex.rotūdus in ca.j.quid iur.si post alien.feud.vasal.ad recupe.

c Nō al's nec alio.bñ addunẛ hec ꝟba q2 illa ꝟba saluo iuř dñi nō sufficerēt ad euitādū penaȝ cōmissi.qḋ innuere videẛ dñs ioh.an.post host.in c.ea te.ij.colū.in ver.asserens extra de iureiu.et istud expsse dicit.d.bal.in.c.j.i.§.fi.in vl.colū.in ver.sȝ pone ꝙ pr̄ q̄ fuit p̄ma cā bñ.amit.qḋ eq̧

Questio.clxiij.

Si vasallus vendat rem feudalem sine cōsensu dñi an euitetur cōmissum si i instrumēto venditiōis dicatur saluo iure domini &c.

Utrū dominium vel quasi probeṫ ex recognitiōe s vl' an virtute eiusdem transferaṫ. Et videtur dicendū ꝙ non.nā certuꝫ est quod sunt certi modi per quos rerū dominia nobis q̄runṫ inter quos recognitio nō reperiṫ enumerata:mō sic: Aut tempore recognitionis quā aliquis facit dominiū rei.q̄ cognosciṫ spectabat τ p̄tinebat ad illū in tui⁹ fauorē recognoscitur.aut ad neutrū ipsorū patet argumēto a sufficient partiū enumeratione quod est validū i iure.l.patre furioso.ff.de his qui sunt sui vel alieni iuris. Si id illum in cuius fauorē fit recognitio tunc spectabat nullū dominium sibi ex tali recognitione fuit quesitū qꝛ qꝺ̄ suū erat amplius suū fieri nō potuit.l.cū res.C.de cōtrahē.emp.τ vēdi.τ.l.si.ff.eo. Si ad neutrū tunc recognosciṫ dn̄iuꝫ qꝺ̄ nō habet nō p̄ot i alium trāsferre qꝛ nemo plus iuris τc.l. nemo.ff.de reg.in.l.traditio.ff.de acq̇. re.do. Si aūt dominiū tēpore recognitionis esset talis recognoscētis τ ad eū res cognita spectaret τ pertineret τ iure dominij. Et tali recognitione sola nō potuit dominiū i aliū trāsferri sicut ex nuda traditione nō trāsfertur.l.nū. ꝙ̄ntda in p̄n.ff.de acq̇. re.domi. Tum quia in iure nō reperiṫ cautū ꝙ ex recognitione transferaṫ dominiū necꝫ recognitio inter mods p̄ quos trāsfertur dominiū enumeraṫ igiṫ. Et premissa vera maxime vbi nulla traditio reperiṫ facta de re recognita necꝫ in recognitiōe ipsa sunt v̄ba quorū v̄tute dn̄ium vl' possessio absꝫ reali traditiōe potest trāsferri ꝺ͛ q̇b⁹ i.l.q̇squis.C.ꝺ͛ do.τ in.l.q̄dā muli'r.ff.de reiuē.faciūt ad premissa.l.traditiōi⁹.C.ꝺ͛ pac.isti.de re.diuisio.§.p̄traditio.nec ex eo ꝙ q̇s recognoscit vl' cōfiteṫ rē p̄pria tenere ꝺ͛ emphiteosi.τ directo dn̄io alteri⁹ abdicat a se;necꝫ abdicare p̄ot. dn̄imm.l.si.q̇s vi.§.differētia.ff.ꝺ͛ acq̇.pos.vbi diciṫ ꝙ differentia est inter dn̄iuꝫ τ posses. Nā si q̇s domin⁹ esse nō vult alicui⁹ rei nihilomin⁹ dn̄iuꝫ apꝺ̄ se remanet ex q̇b⁹ videṫ inferri ꝙ tales hmōi recognitiones nō p̄bāt dn̄iuꝫ vl' q̄si respectu illorū in quorū fauorē fiūt. Nā si recognoscendo q̇s velit rem suā propriā effici dn̄i illius in cuius fauorem recognoscit.τ velit abdicare a se dominiū ipse quoad hec nihil agit qꝛ semper manet dominus nō obstāte tali recognitiōe vt ꝺ͛.§.differētia iūcta.l.nūꝙ̄ in princi

san. eccle. et insti.de iur. uatu.io pri. cū gl.in ver. hinc.

c ¶ Ex recognitione. an dominiū directū per vnicaꝫ recognitionē p̄betur. vide istum consilium .cxlvj. ici.ɔ̄si.p̄ reuerēdo nu.j. versi.ad pri muꝫ q̄situꝫ.

d ¶ .l.q̄ pecuniā.et ibi do. odof. in versi.sed qꝺ̄ dicemus .qꝛ bene explicat mētē glose pre.pecuniam.τ assignat rationem huius decisionis.

pio.ff.de acqui.re do. Preterea aut dicitur quod in tali recognitione est verus titulus et vera traditio. aut verus titulus et ficta traditio. aut fictus titulus et vera traditio. aut nullus titulus et nulla traditio. hoc probatur a sufficienti partium enumeratione quod valet in iure vt dictum est. Non primo verus titulus quia recognitio non est verus titulus per se maxime quo ad dominij translationem vt dicto.§.differentia et etiam quia inter titulos veros non enumeratur vt dictum est neque etiam inest traditio vera hoc realis et actualis traditio de qua in dicto.§.per traditionem cum §.seq. et secundum l.traditionibus.s.alleg. Neque etiam subest secundum membrum dicte distinctionis quia recognitio non est verus titulus vt dictum est. Et quia verba quorum virtute dominium ficticie transfert vt est per retentionem vsufructus in tali recognitione non fuerunt inserta et si pretendatur fictus titulus quamvis inualidus vt dicto.§.differentia iuncta.l.nunquam.alle.non tamen est vera traditio sine qua dominium non potest transferri vt.l.traditionibus.et.§.per traditionem allegato nisi in certis casibus ibidem notatis inter quos iste non enumeratur. Si enim vero titulo precedente non transfertur dominium absque vera et reali traditione regulariter nisi in certis casibus in dicta.l.traditionibus no. Multominus deberet transferri absque traditione reali vbi subesse dicitur dumtaxat fictus titulus ar. auten.multomagis.C.de sacrosan. Si enim vtrumque in aliqua recognitione subesse pretenditur videlicet fictus titulus et ficta traditio. Et nunc intro quartum membrum distinctionis tunc etiam isto casu nihil dominij transfertur in illum in cuius fauorem fit recognitio aliter diceremus duas fictiones circa idem et respectu eiusdem persone concurrere et operari simul et semel quod non est dicendum l.j.C.de dotis promissione et.l.cum post. §.generi.ff.de iure do. Et maxime quando persona in cuius fauorem fit recognitio est priuata nec reperitur priuilegiata iuxta l.fi.C.de sacrosan.eccle. Si autem persona esset de enumeratis in dicta.l.fin. forte aliud videretur dicendum dum tamen recognoscens assereret rem quam cognoscit esse suam propriam et ita in recognitione scriberetur super quo videatur bartho.in.l.si rem aliquam.ff.de acqui.posses. Quinto casu non potest dici dominium translatum nec probatio dominij inferri.vt.l. nunquam in prin.et.l.traditionibus.s.alle. Et hanc partem quod ex recognitione non probatur dominium tenet pe.iaco. in libellis suis circa fi.primi libelli ibi decimo ponit etc. hoc idem tenere videtur ioan.fab.insti.de actio.§.eque in.q.que incipit tertio queritur in fin. Inno.in.c. dilectus extra de cappe.mo. Et facit bene quod no.bar.in dicta.l.si rem aliquam. Sed premissis non obstanti. ego guido pape credo contrarium videlicet quod etiam in priuato ex recognitione facta a domino rei seu proprietatis recognite probatur dominium directum recognitum per.l.censualis quedam professio.C.de a dona.et ita ibi tenet expresse bal.[a] qui dicit de hoc ibi esse casum. Licet enim ex tali recognitione non transferatur b dominium[b] per rationes supra pro parte contraria tactas tamen ex ea in c ducitur probatio domini[c] sicut videmus d in confessione extraiudiciali[d] que licet non inducat obligationem inducit tamen probationem debiti vt legitur et notatur per glo.et docto.in.l.publia meuia.§.fina.ff.depositi.et per glo.in l.j.ff.de interro.acti.nec obstat.l.scimus C.de agri.et cen.li.xj.quia in illo qui se recognoscit ascripticium. Et ideo ibi maior ratio pro quo vide que plene dixi infra questione.cccxiiij. Et ita pluries dum practicabam consului et obtinui. et ita seruant stilus et consuetudo curiarum parlamenti officialatus gracionopo.graysiuodani et bannaretorum presentis patrie dalphina.prout vidi fieri et iudicari in contradictorio iudicio. et credo quod de tempore meo reperientur vltra centum sententie in dictis curijs in quibus ex sola recognitione fuit commissum adiudicatum et declaratum etiam contra tertium possessorem et ista videtur mihi magis equa opinio probato quod recognoscens esset dominus rei recognite tempore recognitionis. Si enim in recognitione reperiretur traditio rei cognite vel quod ibi essent verba quorum virtute dominium vel possessio absque traditione potest transferri de quibus in.l.quisquis.C.de donatio.et in.l.quedam.ff.de rei vendicatione. vel constitutio.precarij ex qua transfertur possessio et per consequens dominium vt dixi.s.questione.cxiij.et.q.cclxvij.vel si fieret talis recognitio personis priuilegiatis de quibus in.l.finali.C.de sacrosanctis ecclesijs tunc in istis casibus questio nostra non esset dubia quia sine dubio probaretur dominium ex tali recognitione sed in themate huius presentis questionis non interuenit traditio vera vel ficta nec

a Bal.in versi.hic est casus. adde do.bar.in.l. rura.C.de omni agro deser.li.xj.

b Non transferatur dominium. hoc verum nisi secuta fit prestatio pensionis seu census quia tunc transit dominium per ea que scribit do.bar. in.l.cum scimus.C.de agri.et cen. lib.xj.

c Inducitur probatio domini.isto putarem verum quando sunt due recognitiones vel vnica valata cum stipulatione vel approbata solutione cautionis vt colligitur ex scriptis et notabilis per.d.bartho.in predicta.l.cum scimus.

d In confessione extraiudiciali. nam confessio extraiudicialis prodest quantum ad probationem quia dominium directum plumetur esse fuisse cui facta fuit recognitio donec probetur contrarium ita formaliter sentire videtur. do. Bar.in.l.cum falsa.in princi. quid si confiteor.C.de iuris et fact.igno.

a De cognatione vide specu. ij. pte ti. d ces acti. §. j. ver. sed nunquid ratione consanguinitatis et ibi in addi. d. io. an.

b Videtur fraudulenta bn facit qd dicit specul. vbi. s. d ces. si acti. in §. iiij. psumitur simulata et do. bal. in. l. q stipendia. C. de pcu.

c De materia cessionis plenius vide as spe. in preal. tit. de cessi. acti.

d Inno. in c. quead. vide lz in princi. in sua gl. in ver. pditio. vbi dicit in iuramento fore subintelligendas sex pditiones vt salvo iure alterius et autoritate supioris si deo placuerit item si res in eadem statu pmanserit item si res in eodem statu pmanserit item si servetur mihi pmissum item q no pcipiatur contra ius.

est persona cui fit recognitio privilegiata. Sed tamen adhuc dico hoc casu dominicius pbatur ex tali simplici recognitione p. d. l. censualis quidam professio immo et forte attentis stilo et consuetudine de quibus dixi s. posset dici ex tali recognitione esse translatum dominium: quia consuetudine hoc pot operari etiam sine traditione vt dicit Inno. in c. ij. extra de consuetudine. Et ita observandum est in iudicando quia aliter sequeretur inconveniens maximum nam maior pars patrimonij baronum banaretorum et aliorum nobilium pntis patrie consistunt in censibus et redditibus quos si pbare non possent per recognitiones simplices. sequeretur eorum totalis exheredatio. Sed vtrum ex sola recognitione quis efficiatur homo alterius tex. q non in. l. cum scimus. C. de agri. et cen. li. xj. Et vide que dixi. s. questione. cccxv.

Questio. cclxxiij.

De cessione actionis in privilegiatum facta.



Vtrum cessio debiti facta p a vnum de cognatione [a] alicui studenti valeat. Credo q sic. et est ratio quia quando due rationes simul concurrunt quarum vna prodest et alia nocet attendimus illam que prodest. l. si quis. ff. de acquir. pos. l. merito. ff. pro socio. Sed sic est in proposito igitur et c. Item quia cognitio omnem suspitionem cessare facit. l. iij. C. de divortijs. Idem si esset facta ab extraneo dum tamen iuraret eam non facere in fraudem. l. fin. C. ad. l. iuliam repe. et vide cy. in. l. qui stipendia. C. de pcura. Sed hec curia parlamenti hoc non permittit prout vidi quia cum studentes regulariter sint privilegiati talis cessio videtur fraudulenta [b] et facta in potentiorem ratione privilegij et sic nulla. l. j. cum materia. C. ne li ce. pote. Et vide de hac materia cessionis [c] que dixi in tractatu meo de presumptionibus in. §. in contractatu cessionis et c. et barto. in. l. facta. §. si heres. ff. ad trebel.

Questio. cclxxiiij.

An dote non soluta possit peti donatio propter nuptias.



In contractu matrimonij vir vxori in dotis augmento ppter nuptias et contemplatione matrimonij donavit centum florenos de quibus pos sit ad eius voluntatem facere solvitur matrimonium morte viri vel mulieris reperitur q dos non fuit soluta vel q pars dotis tantummodo fuit soluta. Nunquid mulier habere debet augmentum dotis dic q non nisi dos fuerit soluta. Et si pars fuerit soluta de augmento habebit pro rata dotis solute casus est in aut. de non eligendo secundo nuben. §. pe. qui incipit illo quoque colla. j. Et trasumptiue in aut. sed que nihil. C. de pactis conventis sup dote vel donatione ppter nuptias. Et si opponatur de iuramento qd in contractibus prestari consuevit rndetur q in tali iuramento inest tacita conditio si dos fuerit soluta sicut probat dictus. §. illud. et pro hoc. l. fi. C. de non nume. pecu. et. l. fi. ff. qui satisdare cogantur ideo dicit Inno. [d] in. c. queadmodum [d] extra de iureiurando. q in quolibet iuramento insunt sex conditiones. et est quintum si promissum servetur. Et quia isto casu promissum non est servatum quia dos non fuit soluta. ideo iuramentum non obstat idem videtur dicere bart. in dicta. l. fi. C. de non nu. pecu. Nec ad tale ius qd ptes ignorant porrigitur iuramentum neque etiam renunciatio si generaliter fiat dicta. l. fi. C. de non nume. pe. iuncta. l. mater. ff. de inoffi. testa. Attento q in renunciatione ad hoc q valeat debent partes renunciatione ad hoc q valeat debent partes certiorari in aut. quomodo oporteat epi. et cete. cle. ad ordines pduci §. si igitur glo. super verbo interroget. colla. ij. facit l. item apud labeonem. §. hoc edictum. ff. de iniurijs Que enim generaliter fiant nisi specialiter notentur videntur quasi neglecta. vt ibi habetur non obstat c. qui ad agendum de procu. li. vj. quia ibi speciale iudiciorum. Et premissa de iure procedunt nisi maritus renunciet dicte aut. sed que nihil faciendo pactum quod donatio solvatur dote soluta vel non soluta quod pactum servaretur. l. prima. §. proculdubio. C. de rei vxo. ac. et. l. fi. §. pe. ibi pacta pcta servari oportet. C. de dona. ante nup. Et ita in iudicando servatur in hac curia parlamen. Sed quid si pendente termino maritus moritur et sic non recuperavit dotem an vxor lucrabitur donationem propter nuptias vide que dixi. s. q. ccccxxix. Sed quid si statuto caveatur q mortua vxore vir lucretur dotem vel certam partem dotis date an locum habeat in dote non soluta vide bar. in. l. iubemus. C. de sacrosan. eccle. et salycetum in. l. si constante. C. de dona. ante nup. cy. in. l. quod in vxorem. C. de nego. gest. quem ibi sequitur bart. qui dicunt q si pater filie non solvat marito dotem terminis promissis q maritus non tenetur eam alimentare: quia deceptis a non decipientibus iura subveniunt. De doario et dotalicio. quid significent tetigi. s. q. cclxviij. in fin. in. l. ij. ibi nullus ad id et c. C. de bonis que liberis. pbatur q sicut dos a patre profecta ad patrem revertitur sic etiam donatio propter nuptias a patre profecta ad patrem revertitur et hoc etiam pbatur in. l. fi. circa princi. C. communia vtriusque iudicij. qua dote seu donatione propter nuptias reversa quis inde sequatur effectus: dic vt in dicta. l. fi: que est singularis nec est alibi vt ibi dicit barto. quod no. et tene menti quia pauci advers

q. d. in. 3
4°. 39.

.... j. 4. 430

tunt tamē sepe contingit in facto. ¶ De materia augmēti dotis vide que scripsi.j.q.ccclxiij. ¶ Quid si in contractu matrimonij nō fiat donatio propter nuptias sed pro et nomine superuite prout communiter fieri consueuit in hac patria dalphinali an debeatur ipsa superuita dote non soluta. vide que plene dixi.j.q.ccccclxv.etc

¶ Questio.cclxxv.

¶ An ciues huius ciuitatis gracionopo. possint se submittere curie parlamenti dalphinalis.



Truz cuius presentis ciuitatis graciónopolis possint se submittere dicte venerabili curie parlamenti Et an submissi possint in eadam curia conueniri et conuenti condēnari. pro cuius q̄sti determinatione p̄mitto q de anno dn̄i. M.cccxliij. et die tertia mēsis iunij fuerūt pacta et trāsactiōes inite iter. R. i xp̄o p̄rē. d. Joh. tūc ep̄m graciano. nomine suo et ecclesie sue ex vna parte et illustrem dominum humbertū dalphi. viēnēsem etc in quibus pactionibus subiūgit clausula sequēs Et excepto q ciues etiam et incole et habitatores in eadem ciuitate et territorio nullatenus possint per curias predictas dalphi. nec aliquem earumdē seu quoscunque iudices seu familiares aliquarum ipsarum curiarum ex quauis causa criminali vel ciuili contractu vel quasi. delicto vel quasi vbicunque cōmissis contractis aut initis citari vel conueniri puniri, vel condēnari capi aut incarcerari nec aliquam iurisditionem seu quecunque actū iurisditionis vel executionis possint ibidem curie dalphina. seu earum officiarij in dictos ciues et incolas et habitatores dicte ciuitatis et eius territorij aliqualiter exercere nec in quascunque personas ibidem delinquentes vel cōtrahentes super delictis criminibus aut contractibus ibidem cōmissis vel initis possint actū aliquē iurisditionis exercere officiales iudices vel familiares dalphinales predicti. sed per curiam iurisditionem communē etc. Que pactiones inter dictas partes fuerunt iuramento et alijs debitis et necessarijs promissionibus roborate. Quibus sic premissis tria principaliter apparent et colliguntur scilicet q dicit ciues graciano. nō possunt quouismodo in dicta curia parlamenti dalphi. citari nec conueniri vt patet ibi dū dicitur citari vel conueniri. Et ratio quia citatio est actus iurisditionis. l. cum clericus et. l. omnes. §. si vero apparitor. C. de epis. et cler. li. ff. de in ius vo. faciunt no. per bar. in. l. extra territorium. ff. de iurisditione omnium iudi. aucten. offeratur. C. de litiscontestatio. in. §. si insti. de pe. te. liti. Ideo ille actus iurisdit ionis per dctam curiam parlamēti fieri prohibetur ibi. Nec aliquam iurisditionem seu quecūque actū iurisditionis vel executionis possint ibidem etc. Secundo ex dicta clusula pactionū colligitur q dicti ciues gratiano coram dicta curia parlamēti citati vel conuenti de facto non possunt confessi vel conuicti cōdemnari vt sonanat dicta vel clausule ibi, puniri vel cōdemnari. Ratio quia condemnare aliquem est actus iurisditionis et iurisditionē importat. l. j. et. l. fin. ff. de iurisditione omniū iudi. et. l. j. C. eodē. hoc et appet ex diffinitiōe iurisditionis que sic diffinitur p Accursiū in. d. l. j. Juriditio est potestas de publico introducta cum necessitate ius, dicēdi et equitatis statuende facit. l. d. qua re. ff. de iudicijs. qui actus iurisditionis inter dictos ciues et in dicta ciuitate et eius teritorio expresso prohibetur ibi puniri vel condēnari. puniri habendo respectū ad causas criminales. et cōdemnari habendo respectū ad causas ciuiles sm qd in simili habetur in. l. causas. et lites. C. de transactionibus. et. l. j. ff. de testibus. Ex quibus infertur iurisditio huius curie parlamēti per dectos ciues ratione contractus vel quasi in eadem ciuitate et territorio eiusdem initi per litiscontestationē sic tacite prorogari nō potest saltem cū effectu. Ratio quia cū ipsi citati cōfessi et cōuicti nō possint nec debeant ibi cōdemnari vt patet ex premissis. Sequitur q nec iurisditionem per litēcontestatā possunt prorogare cū nulla cōdemnatio inde possit neque debeat sequi que condemnatio loc habet lite contestata et nō ante l. is qui obtulit. ff. de rei vendicatione. et facit qd nota. in. l. si a te. §. si quis fundum. ff. de exceptio. rei iudi. cū ante litiscōtestationē quis non dicatur agere vel agere velle. hoc amplius. ff. rem ratam haberi. immo nec litem aliquam possunt dicti ciues coram parlamento cōtestari per quā deueniatur ad cōdēnationē quia cū prohibetur cōdēnatio vt patet ex iam dictis. omne illud per qd deuenitur et deueniri potest ad cōdemnationem censetur esse p̄hibitum[a] l. oratio. ff. de sponsa. l. cū lex. ff. de. fide iusso. etc. cum quis. de re. iuris. Et maxime vbi eadē causa p̄hibitiōis i actu per quē et in actu ad quē deuenitur durat et reperitur sicut hic durat et reperitur cum eadem causa prohibitionis que est in cōtestatione litis eadē reperitur post litiscontestationem et in condēnatione. ideo prohibita condēnatione litiscontesta. censetur prohibita. Et sic merito prorogatio iurisditionis q̄ per eandē sit mediantibus quibus ad ipsam deuenitur per iura supra alle. faciūt no. p dy. in dicto. c. cum quis. hoc etiam magis corroboratur ex fine dictarum pactionū dum in eis dicitur ibi nullo tēpore cōtrauenire directe vel p obliquū etc. Ex quibus verbis iūctis alijs in pri

a ¶ Censetur esse prohibitum. ad de que legūtur et notantur in. c. nam cōcupiscentiam. de constitu. et in. c. cū quid. de regu. iur. in vi.

a ¶ .l.si vnus §.ptor.ait. voluit allegare .l. iurisgentium .§. ptor ait pacta.
b ¶ Sub sunt epo.vide.d.panormi.in.c.solite in princ. z in psi.no. vij.z in ver. no.ibi duas ex de maio. z obedien.
c ¶ Opinio doctoris releuat ab expēsis. adde d.bart.in.l. in bonorum ff.de bonis posses.dom. bal.i auctē. genera .iij. col.in versi. ex predictis apparet.C. d epis.z cle. d.alex.in.l. iuris.C.qui admi.ad bono.pos.pñt z.d.card.in clericū sit nimis absurdū.iiij.colū. in ver.qrto qro.ibi adduut aliqui xi.puilegiū d magistris z no.in.c.vt debitus honor extra de appel. Et istō itellige verū nisi tal' opinio sit reprobata cōmuniter ab alijs do. cto.do car. in cle.ij.in princi.de

am clausula insertis videtur prohibitus actus quicūq iurisditionis qui in ipsos ciues posset exerceri per dictam curiā parlamenti directe hoc est p progationē expressā z vel obliquā hoc est p prorogationē tacitam que fit.per litis contestationem al's dicta verba de nullo operarētur quod non est dicendum Ad que bene facit.c.j.de clericis coniugatis.li.vj.vbi clerici coniugati cū vnica virgine p delictis vel excessibus ab eisdem commissis trahi non possunt criminaliter aut ciuiliter ad iudicium seculare nec ab ipsis iudicibus cōdemnari ne per vnam viam concedatur iudicibus quod per aliam denegatur eisdem. Sic idem in proposito actus iurisditionis vna via hoc est prorogatione tacita per litiscontestationē facta non debet per ipsuz parlamentū in ciues huius ciuitatis exerceri cui alia via hoc est citatione couēctione aut cōdemnatione denegatur expresse.vt patet ex premissis.facit etiaz.l.scire oportet.§. si mater.z de tuto.z curato.da.ab his. Tertio colligitur ex dictis pactionibus φ parlamentum dalphi.videt reddi iudex incompetens quo ad ciues huius ciuitatis etiam prorogatione in ipsum tacite per litiscontestationez facta. Et est ratio quia verba prohibitoria dicte clausule relata ad dictum parlamentū proferentur negatiue ibi nullatenus possint per curias pdictas aut aliquā earum seu quoscunq iudices citari zc.propter quod omnis actus iurisditioni qualitercunq sequatur censetur eidem prohibitus .l.ij.in princi.z.§.j. ff.ne quid in loco publico iuncta.l.nō dubium.C.de deleg.z.l.j.C.ne fideiusso.do.dentur.z quod ibi no.per.glo. et bartho.cui etiaz derogare vel renūciare non possunt ciues z incole huius ciuitatis grationopo.sm qd in simili dicitur in vasallo qui iurisditionē alterius prorogare non potest sine voluntate domini sui vt no.per glo.in.l.j.ff. de iudicijs.et per inno.in.c.iter quattuor.de maio.z obe. Item etiam pro eo quia dicta verba prohibitoria proferūtur negatiue sm quod in simili dicitur in.l.vel statuto prohibente aliqd fieri negatiue cui non potest renunciari vt no.per.glo.in.d.l.j.in fine.C.fideius.do.dentur. Et si iuriditio iudicuz dalph.nō potest per ciues huius ciuitatis prorogari sicut nec aliqua iurisditio phibita prorogari.l.ij.§.s3 si iudex ibi nisi specialiter.ff.de iudicijs et

faciunt no.per inno.in.c.de causis.de offi.delegati. Que iura hic locum sibi vendicant cū dicte pactiones legis effectū quo ad ipsas partes habere censentur.l.j.§.si non conuenerit.ff.depositi.l.si vnus.§. a pretor aitª.ff.de pactis z id per pactum fieri pōt quod per legem.l.non impossibile.z ibi no.ff.de pactis.in rubrica.C.de decre.decurionū.lib.x. ¶ S3 an dicta exceptio fori declinatoria poterit per ciuē vel incolā gracionopo.opponi post litiscontestationem videtur φ non.qz exceptiones dclinatorie post litiscōtestationem opponi non possunt.l.si.C.de exceptio.z peremptorias cū.ibi.z o C.sen'.resci.nō pos. Sed hoc est verum nisi sint pacto vel couēctione coarctate seu alterate quia tunc post litiscontestationem possunt opponi.ar.in.l.qui in futuruz.ff.de pactis.z.l.commissorie.C.de pactis inter empto.z vēdito.prout in casu nostro vigore dictorum pactorū iuxta premissa. ¶ Et audiui temporibus meis ego guido φ in quadam causa tūc vertente in dicto parlamēto qd consilium dalphinale tunc appellabatur inter artadum armucti ciuem gracionopo.z claudium garcini curia parlamenti causam ibi ichoatā inter dictas partes etiam litecontestata fuit causa ipsa remissa iudici cōmuni huius ciuitatis per dominos iacobum gelu.iohan generum guillermum gelinon z syfredū tholom.tunc consiliarios in dicto consilio dalph.et recepit sententiam petrus chanterelli quondam tunc secretarius dalph.in dicto cōsilio quod nunc appellatur parlamentum dalphi. et hoc etiam scripsi.j.questio n.cccclxij.

¶ Questio. cclxxvj.

¶ Citatus coram diuersis iudicibus eadem die coram quo debeat comparere.

An citatus in dicta curia parlamēti dalph.z in foro episcopali et ibi cōparet an ī curia parlamēti vbi nō comparet debeat cōtumax reputari.videtur φ non qz principes tēporales sub sunt epi b scopo b quo ad censurā eccclīasticam.vt no.inno.in.c.j.extra de offi.ordina.z sic maior episcopus videtur.attamen dicit inno.in.c.cū parti ibi nos credimus zc.de appella.φ citatus a rege debet ei honorem in comparendo.exhibere magis φ episcopo. Sed papa oēs honorari debet quia pape est obediendum. Et citatio pape excusat nō comparentes alibi nisi pcurauerit se citari vt ibidem dicit inno.z vide quod not. de offi.pfec.pto.l.j.§.his.cunabulis.z.l.ij.i fi.de custo.reo. De hoc etiā tetigi.j.q.cccclxiiij.qz tunc nō recordabar hic scripsi.zc. q 443

¶ Questio cclxxvij.

¶ Opinio doctorum releuat ab expensis.

Opinio doctoris releuat ab expensis c sm henricum bohic.in.c.sacro.§.veruz.extra de sentētia excōmunicationis.et franciscuz de zabarellis in clementina .ij.de magistris dicit

bar.in.l.qui solidu.§.etia.ff.de leg.ij.& ita vidi pluries observari in hac curia parlamenti cum opinio doctoris sit etiam probabilis, vt no.in.l.j.C.de legib9 tamen in iudicando respectu negocij principal' vbi sunt varie opiniones doctorum communior opinio est tenenda insequenda l. scire oportet.§.illud.cu.§.sequenti.ff. de execu.tu.in cle.j.in fi.extra de summa trinita.& fide catholi. Idem tz pe.iaco.in ti.de compediosa substitutione circa finem. Idem iohan. fa.in prohemio in a sti.in.c.fi.[a] ibi hoc hortori idem cy.in l.j.C.de actio.& oblig.dicit tamen Jac. butrigar9 quod gl.est insequenda in iudicando quando glo.est approbata per aliquos alios famosos doc.vt dicit ipse in.l.ij. C.qui p sua iurisditione. Sz in iudicando hec curia plamenti non servat dictum ia.butri.qz nunquam iudicat contra gl.licet habeat docto.ca approbantes sed sequitur ipsa curia magis communem & magis equam opinionem prout equum videtur fiendum. Sed quid si sup vno processu sint diverse opiniones & iudex eligat vnam licet malam quam in sua sententia exprimat an sententia erit nulla.dic quod non sm bart.in l.qui rome.§.duo fratres in.vj.oppo. ff.de verbo.oblig.

Questio.cclxxviij.

An homo possit se obligare ad pugni amputationem.



An homo possit se obligare ad pugni amputationem vt ecce quidam delat9 promisit & iuravit confiteri veritatem & casu quo contrarium reperietur voluit quod pugnus sibi amputetur vel manus abscindatur reperietur quod non fuit confessus veritatem nunquid debz sibi pugn9 amputari. Credo quod non [b] pro eo quod ipse talem obligationem facere non potuit cum ipse non sit dominus membrorum suorum.l.liber homo.la.j.ff.ad.l.acqi.iuncta.l.ij.et.l.iij.C.si res aliena pig.data sit.et facit.l.si quis.§.fi.ff.de pe.l.omne delictum.§.pe.ff.de re militari.et audiui quod al's casus evenit in personam fran.pe tilionis civis quondam gracionopoli.qui talem fecerat submissionem.

Questio.cclxxix.

An snia lata contra hoies alicui9 vniversitatis noceat eorum successorib9 &c.



[c] Sententia lata reperitur centum anni sunt elapsi contra habitatores alicui9 castri vel loci p dno talis castri vel loci. Nunc dns modernus vult se iuvare tali sententia contra habitatores modernos qui dicunt quod non sunt heredes predecessorum habitantium nec eorum bonis successerunt io talis sententia eis obesse non debet tanquam res inter alios iudicata.l.ij.iij.& fin.C.quibus res iudicata non nocet. Contrarium credo [d] quod licet predecessores decesserint successores representant defunctos & faciunt eundem populum.sic quod populus modernus censetur idem populus text9 notabilis in.l.proponebatur circa medium.ff.de iudi. Quod facit pro questione [e] quam habuerunt dni decanus & capl'm beate marie graciono. contra homines herbesij ad causam decimarum qui dicebant sententiam contra homines herbesij latam anno. M.cccc.vj. eisdem obesse non debere.cum non sint heredes nominatorum in sententia: quia immo nocet cum moderni faciant eundem ppl'm & defunctos representant.& fuit conclusum & sententiatum in hac curia parlamenti de anno proxime lapso currente dni.M.cccclviij. An sententia lata contra vnum ex mercatoribus sup solutione pedagij noceat alijs vide.j. q.cccclix.

Questio.cclxxx.

De spurio si pater naturalis possit sibi aliquid relinquere.



Titius coniugatus ex muliere soluta vnum habuit filium masculum cui in testamento quoddam castrum legavit moritur testator sine liberis naturalibus & legitimis fratre suo herede vniversali instituto vtrum talis filius dici debeat spurius [f].credo quod sic vt ponit bar.in.l. fi.ff.de his qb9 vt indig. Sed an poterit & debeat habere dictum castrum sibi legatum videtur quod non [g] & de hoc e casus in.c.tanta est.extra qui filij sunt legitimi. iuncto dicto hosti.ibidem qui super verbo aliam in dicto.c.adiecto.dicit & exponit aliam etiam esse solutam pro qua expositione facit gl.in.§ sunt psone instit. de nuptijs in.vj.casu ibidem inserto duz dicit quod habens vxorem cum alia contrahere non pot obstante primo matrimonio. Et ita sequitur quod filius ex muliere quouis soluta susceptus est de numero illorum qui succedere non possunt. p hoc facit bene in auk.qb9 modis na.effi.sui §.penul.col.vij.& quod no.per saly.in

elec.vide et ad predicta.l. iij.§.si rem. ff.de leg.iij. & ibi doc.et l.pperandu. §.finaute & ibi do.bald. ff.de iudi.et d.bart.i.l.si qs inficiat9 ff.de posi.et vide ad materia.s.q.c. j.i.§.preterea in ver.si fue runt tm &.do. ale.in addi. ad d.bar.in pal.l.i bono rum.

[a] Jo.fa. in phe.ibi i fin.voluit al legare.d.io. fa.i pludio suoz come tarioru i.ij. col.in.§.ite e atteded9 in ver.h hor toz quod no fis opinionu in uentor.

[b] Credo quod non facit qz talis obligatio videt esse contra bonos mores et sic non vz.c.fi. extra de pac. etia si foret iurata vt in regula no e obligatoriu de regu.iu. in.vj.Quod em fit contra bo nos mores pz qz tal'dr homicida sui et dei co ditioi inimicus vt .l.v. d.si quis ab sciderit.

[c] Snia. Tu vide d h qsito.istum psi.clxxj.ici. circa materia nu.iiij.h sicut? z lz alij codelati.

[d] Cotrarium credo p hac opi.fortiter facit tex. i.l.sicut municipij.in.§. in decurionibus.ff.qdcu iusqz vbi no. et ibi.d.bal. q hac qstione formatt i terminis in ver.in text. ibi.sunt ergo iuncto versi. idem dicen.

[e] Pro q stione hanc qstione formaliter tangit & decidit vbi supra.

[f] Dici debeat spuri9 de hoc videtur tex.in.l. vulgo concepti.ff.de sta. homi.

[g] quod non vide sup h distinc. qua ponit.d.are ti.insti.de legi.cogn.succes.§.vulgo quesitos.q est brevis et bona distic.

a ¶ In bonis patris immo nec i bonis mris vt tz d.odo. in prealleg. auk.lz patri §.qr segnori super ista auten.z hoc verū vt ibi dicit qr ē talis coit? qui accusari pōt z glo. in. §. nouissime in sti.ad sena. tuscō.orfi.

b ¶ Deterior et rē emphiteota deteriorās rez emphiteoticā cadit a iure suo auk q̄ rē ,z ibi.do. bal.C.de sacrosanc.ecc. in.ij.no. Et hoc ē verū secūdū eūdez bal.ibidem tribus concurrentibus scz q̄ deterioratio sit notabilis q̄titatis Itē q̄ sit perpetua Itē q̄ saltē deterioratio pcesserit leui culpa deteriorātis.

c ¶ Ne fructꝰ exportet vide de hoc istū ꝯsi.lxx. inci.ex pcessu dñi archiepi.nu.j.§fi. ad primū ibi z q̄ gerbe.

l.j.C.de cōcubinis.Et ita vidi iudicari in hac curia plamēti de anno dñi. M. cccxxxix.i cā bastardi valē.cui aymarꝰ comes quodā valētinēsis eius pater naturalis legauerat in suo testamēto castrū nouū dalmacē. Qualiter liberi succedāt parētibus in materia huius q̄stionis.dic sic qr quidā sint legitimi tm̄ vt adoptiui vel arogati,alij legitimi et naturales vt nati ex vero matrimonio ficticio hi succedunt scz legitimi tm̄ z legitimi z naturales parētibꝰ suis in oibꝰ bonis.C.de legitimis here.p totū z.C.de adop.l.cū in adoptiuis.Alij sunt naturales z non legitimi vt nati ex concubinis z hi succedunt in duabus vncijs ab intestato vt.C.d natura.liberis auk.licet patri.z h̄ qñ pater nō hz alios liberos nec parētē seu cōiugē legitimā.Alij sunt spurij vt ex adulterio vel incestuoso coitu z vulgo cōcepti.ff.de sta.ho.l.vulgo.z hi in nullo succedūt vt dicta auk.licet patri.nec a aliquid debēt habere i bōis patris a vt.C.de incestis nuptijs.l.ex complexu.Succedūt tm̄ matri si n̄ sit illustris quia mater succedit eis. C.ad orfi.l.si q̄ illustris.vide extra qui filij sint legitimi.c.tāta.An imperator possit legitimare natū ex dānato coitu. Dic q̄ sic si dicat nō abstāte auk.ex cōplexu.C.d icestis nuptijs ita dicit salyce.d.auk.ex cōplexu.vide canonistas in.c.per venerabilē.extra q̄ filij sint legitimi.sed barto.in.l.fi.in fi.C.si contra ius vtili. publicā.tz q̄ sufficit.q̄ princeps dicat nō obstāte aliq̄ lege q̄ in ꝯriuz loquak et istud sufficit qr ē spāliter loq̄ ista sunt §ba bar.vbi.s.z p tāto stilꝰ cācellarie curie romane solet dicere nō obstātibꝰ quibuscūq̄ cōstitutionibus apostolicis p q̄s effectꝰ presentiū litterarꝝ possit impediri.De hac materia vide per io.an.in nouella in.c.j.de excessibꝰ plātorꝝ z petrū iaco.in rub.de statu.curia. vbi dicit q̄ sufficit certa sciētia cū non obstātia gn̄ali videlz nō obstante aliq̄ lege.de bastardo tetigi.j.q.ccccclxxx.

¶ Questio.cclxxxj.

¶ In executione iudicati nō seruatur ordo q̄ prio capiātur mobilia q̄ immobilia:sed pōt capere creditor ad sui electionē et nō reqsito dbitore de iudicādo de stilo curie parlamēti.

Ita statuto dalphina.dudum M.ccccliij.z die.ij.mēsis iunij facto per magnificum virum dñm gaufredum lemēgre dictū bossiquault tūc gubernatorē p̄sentis patrie dalphina.z per alia statuta ante ea per oliz gubernatores dalphinales facta ita executionē rei iudicate in actiōe psonali debebāt debitores p̄mo requiri de bonis z pignoribꝰ suis idicādis z inde expectari p diē naturalē z lapsa die naturali si nō indicabant debitores.eoꝝ creditores lapsa die naturali poterāt capere d bōis dbitoris p̄mo de nobilibꝰ si reperiebātur deide de imobilibꝰ iuribꝰ cēsibus z actionibus ad electionē creditoꝝ.Sz pro acceleratione predicte executiōis ad cui tandē q̄ maiores expēsas fuit stilus in dicta curia plamēti dalph. introductꝰ z obseruatꝰ ab āno dñi.M.ccccl.citra q̄ absq̄ dicta reqsitiōe de pignore creditor pōt facere pignorari debitorē de nis suis mobilibꝰ vel imobilibꝰ cēsibꝰ iuribꝰ z actiōibꝰ ad ipsius electionem absq̄ dicta requisitiōe z nō obseruato iuris ordie de quo in.l.a diuo pio. ff.d re iudi.Et h̄ ad ppetuā rei memoriam duxi h̄ scribēdū die.xiij.mēsis septembris.Et d mate.executiōis sīnie vid q̄ dixi.s.q.ccxv.z.j.q.cccxxix.z.q.cccccclxviij.

¶ Questio.cclxxxij.

¶ An emphiteota z vasallus teneant dño de dāno per eos ilato iure emphiteotecaria vel feudali zc.

Si emphiteota vel vasal b lus deterioret rez b feudalē vel emphiteotecaria teneā dño d tali dāno seu deterioratione p l.in fraudē.§.conductor. ff.de iure fisci.z.l.forma.§.si vicē.ff.de cen.z.l.diuortio.§.si fiedū.ff.solu.mat. z ibi p bar.iuncta.l.q̄q̄.§.j.ff.de aqua plu.arc.Et ita tenere videtur spec. in ti.d locato.§.nūc locato.§.xj.qrit i fi. Sed qd si dñs petat cōmissuz an ēphiteota vel vasallus possit petere meliorāmēta vide q̄ dixi.j.q.ccccxxxv.ij.

¶ Questio.cclxxxiij.

¶ An decimator possit phibere ne fructꝰ tollant a fūdo donec rcepta dcima.

Exactor decimarū pōt facere ꝓhiberi dño fūdi ne fructꝰ ex b portet nisi eo vl' eiꝰ nuncio p̄sente p quo facit.l.ij. ibi sub effectu curialiū zc.C.qñ z quibꝰ q̄rta pars li.x.iūcta.l.nō solū.ff.de rei vē.Nā postq̄ hz ptē i fructibꝰ rōne dcime ergo z in fundo qr fructꝰ sunt pars fūdi.l.fructꝰ.ff.d rei vē.i re cōi potior ē ꝯditio phibētis.l.sabinꝰ.ff.cōi diui.

a ¶ Tz speq̄ plene tractat hāc questionē et arguit prima pte negatiuā z tādem cōcludit pro parte affirmatiua vt h et adde do. ioā.an.i ad. di.eiusdem spe.ibidem in §si.de rei vē.nō soluz vbi dicit ala. et gratia sic cōsului z io. de do.z alb. pa.sic iudicasse.Quinetiam dicit spec.vbi supra q̄ deceportari tebent ad domū eius cui debentur al leg.no.xvj. q.j.reuertimini prope pn.plus dicit ibidē q̄ dcimarꝰ pōt igredi fundum vt recipiat dcimas etiaz inuito dño.alle.C. d pac.l.fin. de iudeis.l.j. nemo.

b ¶ Impatori de ptāte z iure imperatoris vide i.c.nouit deinde i addi.d.barba. circa pn.ca.

c ¶ An ꝯsuetudo.an z qñ solutio decimarꝝ tollatur cōsuetudine vel p̄scriptiōe vide post oēs

dn̄s feli.i.c. cām in p̄n.ō prescrip.

Et ꝙ ipse decimator vl' nuncius ei⁹ debeat interesse ꝓbat.ff.de pcu.l.paul⁹. et i.l.si suscepta.§.ff.de inoff.test.ꝛ in l.nam ita diuus.ff.de adop.ꝛ i.l.si ꝑ lusorio.ff.de ap.ꝛ i.l.si parētes.ff.ō euic. et de re iud.l.ō vno quoq.ꝛ.C.ō auk.a tu ꝛ.l.fi.ita ēt tȝ spe.ª i ti.ō decimis ver.vlt.querik ꝛc.vbi dicit ꝙ sic hodie faciūt iudices qn̄ agik ō fructib⁹ alicuius fundi.Et ēt hoc anno currēte dn̄i.M.cccclix.obſuauit hec curia ꝑlamē‸t'in cā ōcimaꝝ dn̄oꝝ de caplō btē marie gronop.q: dn̄i p̄dioꝝ volebāt gerbas bladoꝝ a fundis extraherē ꝛ portare in domib⁹ eoꝝ insciis dictis dn̄is de caplō.ita ꝙ ipi dn̄i ō caplō fraudabātur de m'lto in eoꝝ decimis ob q̄ꝺ fuit appūctuatū ꝙ in gerbis ꝛ in p̄diis añ ꝙ̄ gerbe extrahank decime soluank eisdem ꝛc.Quero circa hoc q̄liter aīe nr̄e absoluenk si nō soluam⁹ decimas.Rn̄deo ꝙ male ƀm g.in cle.j.de vsuris.Aduertēdū tn̄.ƀȝ thomā ō aq̄no vt refert archi.in.xvij.q.vij.c.maiores.ꝙ aīe eorū q̄ nō soluerūt decimas nō sunt i via dāṅatiōis si nō petank a curato vel ab illo cui debenk.Sicut videm⁹ in sl'i dicit io.an.in.c.ꝑ venerabilē.q̄ filij sunt legi.ꝙ saluank aīe regū ꝛ p̄ncipū q̄ nō obediūt impatori: q: impator ab eis nō petit subiectionē tutius tamen esset soluere vel cum eis cōponere pro decimis ƀm glo.in.ō.c.j.De materia decimarum ꝛc.scripsi.s̄.q.cclxvij.

d Inno. dicit.in glo. sua in.ꝟ.cō suetudinem ꝛ in.c.signi‸ficauit.i gl. sua ꝓsoluñ‸tur ō parrochia alij prochie. Adde gl.i.q̄cunq cognouerit xvj.q.vij et ibi.ꝺ.archi. in.ꝟ.ꝛ dicas ꝛ do.gof.in sum.ti.ō decī.in.§.item nūq̄d longa ꝯsuetudo ꝛ ꝺ.panoꝛ.in c.in aliq̄bus sup gl.fi.circa princi.ibi alij.

e Talis cōsuetudo magnum enim dubiū est in iure vtrū valeat ꝯsuetudo seu p̄scriptio dimi‸nuens quotā decimaꝝ indubitatū ꝙ̄.existit ꝙ ꝯsuetudo alterās modū dādi eas valet ƀȝ.ꝺ.car. ꝯsilio .cxlvj. notū sit vniuersis ita referēte.ꝺ.fel. extra de prescrip.i.c.cuȝ ex offici.in v.col.in.§.limita prio.

f Talis prorogatio quot mōis fit progatō ꝺ.bar.ꝛ pau ꝺ ō ca.i.l.ij.

Questio.cclxxxiiij.

De prescriptione decimarum.



c An consuetudo ᶜ possit inducere ꝙ decime non soluank vel ꝙ minus plene soluantur inno.dicit ᵈ ꝙ non in.c.in aliquib⁹.extra ō decimis: ꝛ alle. c.q̄cunq.xvj.q.vij.ita etiā tȝ ꝛ no.glo. expresse in.ꝺ.c.in aliquib⁹ sup verbo ꝯsuetudo ē ꝙ dek.xiij.ps vel minor tales ꝯsuetudo ᵉ nō sufficit nisi a papa esset approbata: q: nō valet ꝯsuetudo q̄ absq mortali pctō ƀuari nō pōt quātūcūq lōga vt in.c.qm̄ oē.de prescrip. Nā tales bonā fidē habere nō possent q: de iure diuino talis ōcima debek ergo nec cōsuetudo locū habere pōt vt dicit.ꝺ.glo.istō idē tȝ.io.an.i.c.ij.extra de deci.li.vj.ꝛ ibi recitat opi.theologorū ꝛ eas rephēdit ꝛ in cle.ij.de iudiciis in cle.ꝛ ibi ēt no.ꝑ eū idē ibidē.ꝺ.c.ij. tȝ guil.ō mōte lauduno q̄ expresse pōit nūq ius ōcimale a laicis posse p̄scribi ꝛ ibi ponit modū ꝑ quē recusantes sūt monēdi.Et ista ē cōis opi.cano.tn̄.ꝺ.ho.in sum.i ti.ō deci.post multa q̄ ibi dicit circa hāc materiā dicit ꝙ lȝ ōcime a laycis nō possit p̄scribi quota tn̄ bn̄ p̄scribi pt.et ita ḡnalis ꝯsuetudo i hac p̄ria dalph.in locis circūuicinis se hȝ ꝛ ita ēt ƀȝ talē ꝯsuetudinē vidi iudicari i curia officialat⁹ graciono.ꝛ ēt determinari in hac curia ꝑlamenti in multis ꝛ diuersis causis q̄ in materia possessorij ibidēvēti labank.De materia decimarū vide que dixi.s̄.q.cclxxxviij.

Questio.cclxxxv.

An iurisditio castellanoꝝ dalphin. possit de cōsensu ptiū prorogari ō maiori summa.lx.solidorum.



Tatuto p̄ntis curie dalph. cauek ꝙ castellani habeant cognitiōem vsq ad.lx.solidos ꝯtingit ꝙ ptes litigādo corā castellano progāt tacite vel expsse ei⁹ iurisditiōem de maiori summa ᶠ an possit talis prorogatio ᶠ fieri ꝛ sn̄ia inde secuta valeat.Salice.dicit ꝙ sic ꝑ multas rōnes in.l.certa rōne.C.qn̄ ꝑuo.nō est necesꝛ facit tex.in.l.de q̄ re.§.§.j.ff.de iudi.ꝛ ita vidi in iudicando ƀuari i curia ꝑlamēti: lȝ iudices iferiores qn̄q iudicēt ōriū ad instigatiōem firmarioꝝ curiaꝝ: vt eoꝝ emolumenta āplienk.An pcurator sine sp̄ali mādato possit iurisditiōeȝ progare.ino.i.c.de causis.extra de of.dele.ꝛ paul de ca. in sua repetitiōe.l.j.ff.de iud.circa finē dicūt ꝙ nō.An castellani possint mulctare.dic ꝙ nō.casus est expssus in.l.ij. §.fi.ff.de iud.lȝ ōriū ƀuēt castellani cabeoli mōtis alq̄rij scti boneti ꝛ plures alij castellani presentis patrie dalphi. vt scripsi infra.q.ccccxxxvj.

Questio.cclxxxvj

An delegatus āte p̄ntationē sue cōmissionis habeat iurisditionem.



Udex ōlegat⁹ añ p̄ntatiōnē sue cōmissiōis nulla hȝ iurisditiōeȝ ᵍ ƀȝ vnā opi.quā ponit ino.in.c.ex conq̄stiōe in gl.magna.ꝟ.sin aūt non p̄ntasset.ex ō re.spo.quā opi.sequik host.ꝛ a.ij.doc.ibidē ꝛ iō iquit bal.i.l.eū.q.iiij.q.ff.ō iuris.om.iu.ꝙ iudex delegat⁹ dȝ eē cā vt faciat inseri in ꝑ actis p̄ntationē ʰ sui rescripti añq ad aliquos act⁹ pcedat ꝛ ita obseruabā tpe q̄ residebā in magno ꝯcilio p̄fati dn̄i nr̄i dalp.dn̄ ipse residebat in hac patria dalp.in cōmissionib⁹ q̄ ab eo ꝛ ei⁹ cācellaria mihi dirigebank.ꝛ ō qua

§.fi.ff.de iudi.per quos aūt act⁹: vel mons dicik fieri.ꝺ.bar.ꝛ alij.in.l.si ꝯuenerit.ff.ō iuris.om.iu.ꝛ i qb⁹ casib⁹ possit ꝓrogari iurisditio ꝛ in q̄ buscasibus non docto. in.l.ij.C.qui ꝑ sua iuris. iud.ꝛ i.c.ꝑ.ꝛ gl.ō of.de leg.ꝛ de hac materia vid spe.i.ti.ō cōpe.iud.addi §.j.ꝟ.quid si duo seq.ꝛ ti de exceptio ꝛ replica.§ iiij.ver.itē.nota.

g Jurisditiōeȝ.istud tȝ spe.in tit.de cōpe.iudi. adde:§.viso. ꝟ.nā eo ipo.

h Pn̄tatiōe.quinēt fieri.pcuret citatiōeȝ ne ꝑ aduersariū forte secūdas litteris impetrātē ꝛ ꝑus citari faciētē valeat ꝑuenire non ēm q̄ ad h sufficit sola rescripti p̄ntatio nisi impetrati subsequak citatio scōȝ spe. vbi.s̄.ver.si vero plures. ibi.ꝛ fine. more.

pñtatione spe.facit vnũ tit. expssum ꝛ
specialem vcꝫ de rescripti pñtatione.
a ℂ Sꝫ an [a] delegatio supueniẽs re/
trotrahat vt ↄfirmet pcessũ vl' sniam
illius q̇ pcessit vt iudex delegat⁹. Dic
ꝙ nõ vt no.gl.ordi.ꝛ singularis in.l.i/
star.C.de iure fisci.li.x.ff.de iudi.l.lꝫ et
no.cy.post pe.ꝺ bella partica in.l.j.C.
qui p sua iurisditiõe in iij.q.ꝛ innoc.in
c.prudẽtiã i gl.magna extra de of.de/
le.imo lꝫ delegacio p̃cederet ꝛ nõ esset
exhibita ꝛ pñtata vt.s.dixit ei⁹ pñtatio
subseq̃ues nõ retraheret nec ↄfirma/
ret pcessũ vel sniam p̃cedẽtẽ ipso iure
nullos vt no.bal.in.d.l.eũ q̇ in.iiij.q.
qꝺ notabile ꝛ est rõ q: delegat⁹ añ pñ
tationẽ sue cõmissionis nullã hꝫ iuris/
ditiõeꝫ: vt.s.dixi. ℂ Delegat⁹ incã sibi
cõmissa maior est ordinario in.c.signi/
ficasti.ꝛ.c.sane.ꝛ.c.pastoral'.in pñ ꝛ.§.
q: vo de of.dele. Sed q̃les sint effect⁹
vide ibidẽ enũerant. ℂ Sꝫ an p cita/
tiõeꝫ ppetuet iurisditio ꝺle.dic ꝙ sicvt
tetigi.j.q.cccclxxviij. Itẽ citat⁹ p de/
legatũ nõ tenet cõparere nisi in cita/
tiõe sit iserta ei⁹ cõmissio: vt dicit bar.
in.l.si quis ex aliena.ff.de iuris.om.iu.
Idẽ dicit hosti.in.c.pterea ex de dila.

ℂ Questio.ccl[x]xvij.

ℂ An bancam publicam cambij quis
possit tenere propria autoritate.



Trũ qlibꝫ possit p sua vo/
lũtate esse cãpsor ꝛ cãbium
tenere glo.videt dicere ꝙ
sic[b] in.l.qdam.§.nũmu/
larios.ff.de edẽ.ita dicit
gl.posita.in.d.§.nũmularios. Merca
tor dr q̇ negociationẽ exercet q̃stuariã
ex qua aliq̇d q̃rit.l.mercatores.C.ꝺ cõ
mer.ꝛ mercatorib⁹ ita diffinit bart.in
l.legatis seruis in pñ.ff.de leg.iij. Ne
gotiator est nomẽ gñale ꝛ cõprehẽdit
oĩa p̃missa.l.legatis seruis.in pñ.s.al
leg. Et q: offm̃ cãpsoris ↄsistit in mer
cãdo emẽdo ꝛ vẽdẽdo.ipe põt dici mer
cator.ꝛ argẽtari⁹ [c] sumit p cãpsore
sicut ponit exẽplũ gl.i.§.si.decurrrit in
d.§.nũmularios. Et idẽ dicendũ videt
d[e] i nũmulario [d] q: sumit etiã p cãpso
re.ita dicit gl.j.in.l.p̃tor.i pñ.ff.ꝺ edẽ.
do.presupponẽdo ibidẽ ꝙ dict⁹.§.nũ
mularios loquat de cãpsorib⁹ ꝛ tales
nũmularij oliꝫ tpe.ff.eligebant publi/
ca autoritate i.d.l.argẽtarius in pñ.ꝛ
fortassis vsq ad certũ nũerũ sicut dr
in medicis in.l.parabola.C.de epis.et
cle.lꝫ hodie qlibet est cãpsor p sua vo/
lũtate.vt dicit gl.in.d.§.nũmularios ꝛ
maxime in hac patria dalphin.in qua
oẽs mercatores et alij p libito volũta
tis tenent bãcas cãbij tam de iure per
s.alleg.q̃ de inueterata ↄsuetudie qꝺ
secus est in regno frãcie vbi nullus au
det bancã cãbij tenere nisi autoritate
regia ꝛ ↄtriũ faciẽtes acrit puniũtur.

ℂ Questio.cclxxxviij.

ℂ An spoliat⁹ decimis possit petere
se reintegrari in sua possessione ꝛc.

Trum laycus spoliatus de
cimis possit petere se i in/
teg.restitui Ioh.glosator
decreti dicit ꝙ nõ.xiij.q.j:
c.j.vbi sic dicit laycus nec
e repetere põt q: ea possidere ñ põt [e]
extra ꝺ rescrip.c.cãꝫ. Ad hoc em̃ vt qs
repetere possit aliqd requirit ꝙ fuerit
in possessione iuris vel facti extra de re
sti.spo.c.ex pte vnde nõ sufficit pba
re spoliationẽ nisi pbet ꝙ possiderit.c.
cõsultatiõib⁹.extra de of.dele.ꝛ.c.oliꝫ
extra de resti.spo. Et hãc opi.videt te
nere Ioh.an.in.c.ad decimas de resti.
spo.li.vj. Idẽ tenet hen.bohyc.in.c.q̃
uis extra de deci.idẽ archi.in suo rosa
rio in.d.c.j.xiij.q.j. Sed bar.dixi.ibi/
dem tenet cõtrariũ ꝙ immo laycus po
test petere restitutionẽ aduersus spo/
liationẽ decimarũ: q: dicit ipse videm⁹
ꝙ quis põt petere restitutionẽ ei⁹ qꝺ
de iure possidere nõ põt vt i restitutio
ne ↄsanguinee in.c.litteris.extra de re
sti.spo. Item seruus petit restitutionẽ
rerũ dñi absentis quas de iure nõ põt
possidere.l.j.C.si per vim vel alio mo
do. Itẽ vxor põt repetere res dõatas
sibi a viro si spoliata est quarum domi
niũ habere nõ põt.ff.de vi ꝛ vi arma.l.
j.§.deijcitur. Itẽ habẽs plura bñficia
repetit alterũ si fuerit spoliatus et ta
men de iure illud non potest possideri
cũ alijs.c.referẽte extra ꝺ preben. Cũ
layci hodie possideãt decimas ex tole
rantia prelatoꝝ ꝛ ex infeudatione aut
alias ex donatione eis dudum seu eoꝝ
predecessorib⁹ facta in lateraneñ.cõsi/
lio de quo infra dicam qui pptere a v
niunt reintegrãdi cũ latro restituatur
c.cum in litteris extra de resti.spo. Ita
dicit dictus dñs bart.dixi.scꝺm cuius
opi.pluries vidi iudicari in hac curia
plamẽti in plurib⁹ ꝛ diuersis causis in
materia possessorij decimarum in ea/
dem curia ventilatis si autem talis lay
cus nõ haberet titu. [f] vt predixi tũc
ipse laycus spoliatus nõ reintegraret
p.d.c.ad decimas.de resti.spo.li.vj.cũ

a ℂ Sꝫ an. itẽ an supue niẽtia iuris/ditiõis i dle gãte validet delegationẽ ante ab eo factã vide.d. feli.j.c.cũ ex officij col.x/vj. post me. versi. octa/ua cõclusio.
b ℂ ꝙ sicidẽ tꝫ.d. odof.i l.q̃dã sunt p sone i pñ. in §.or seigno ri.ff.ꝺ edẽ.ꝛ ppterea ho die non stat eoꝝ rõnib⁹. nisi ↄseipos vt voluit.d. odof. vbi.s.
c ℂ Argẽta ri⁹ sumit p cãpsore vide d.bal.i rub. C.ꝺ fi.instr. §.viij. col.§. reuertor.ad primum.
d ℂ Nũmu lario.argen tari⁹ ꝛ num mulari⁹ vi/ dent differ/ re sicut gen⁹ ꝛ spẽs.nã ar gẽtari⁹ ẽ de argento tm̃ dãdo et reci piẽdo ꝛ hꝰ in ducit ipꝫ no mẽ argẽ. ivt p gl.i.l.p̃tor ff.de.eden.
e ℂ Possi/ dere ñ p̃t.ꝛ hꝰ itellige p cedere i ↄses sione decia/ rũ fctã post lateraneñ. ↄsiliũ.sec⁹ si añ. vt legit ꝛ no.i.c.cãꝫ de pscrip.
f ℂ Nõ ha beret ti.cau sã añ i late raneñ.consi lium.q: ho/ die decime laicis i feu. cõcedi.a p sonis eccl'ia sticis vel se cularib⁹ nõ pñt.vt p̃di. c.causam.

a ¶ Sunt duo fratres Circa hanc diuisionē: et multiplices al's diuisiones īter fratres fiēdas videp. d. pe. de vbal. i tractatu suo de duob⁹ fratribus in. iij. prin. in sub q̄stione. ix. ꝛ sequen.

b ¶ Eligat vide ar. i. §. j ꝟ. itaq͂ p se insti. ꝺ satisda. tuto.

c ¶ Qꝺ nō ē q: dictio circa impoꝛtat parū pl⁹ vel parū minus p gl. in ꝟ. min⁹ in. l. publia me͂ula. ff. ꝺpo.

¶ Adde ꝙ do abb. in c. fi. ꝺ desp̄ō. impu. dicit ꝙ si testis dicat talis est circa. xij. an nos vel tal' possedit circa. xij. ānos ꝙ talis testis nō pbat certum ꝛ determinatū tp̄s vide eundē abb. ibi.

d ¶ De debitis. Quin etiā ꝺ alijs bonis testari pōt donatoꝛ oīm bonoꝛū p̄ntiuz et futuroꝛū nisi traditio in donatiōe accessisset.

ius cōe faciat cōtra eū vt ibi. An autē decime possint aliquo iure a laycis possideri. vi. io. an. in. c. cū apostolicas extra de his q̄ fiunt a p̄latoꝛ sine consensu capi. ꝛ ita refert de lateranēsi ꝯsilio quod fuit. M. clxxix. factū ab alexādro papa. ¶ Et de materia decimaꝝ vide q̄ dixi. s. q. cclxxxiiij. ꝛ. q. cclxvj.

¶ Questio.cclxxxix.

¶ De diuisione fienda inter duos fratres de eoꝛum bonis paternis.

Sa Unt duo fratres[a] bona paterna cōiter habentes ꝛ tenentes qui volunt deuenire ad diuisionē bonoꝛum qualit' debeat fieri talis diuisio. Posset dici ꝙ forte deberet fieri talis diuisio iuxta. l. iij. circa princi. C. cōia delegatis. Sed credo alium modū foꝛe tenēdum videlz ꝙ ātiq͂oꝛ fratrum faciat diuisionē ꝛ iunioꝛ eligat[b] p tex. in. c. i. extra de parrochijs i. ātiqs. ꝛ ibi. ita tenet hostiē. ꝛ io. an. Idem tz bal. in. l. suus quoq͂. ff. de here. inst. ꝛ ita etiam seruat īueterata cōsuetudo huius patrie put vidi fieri tēpoꝛib⁹ meis ꝛ semper audiui a maioꝛib⁹ meis ita fuisse hacten⁹ obſuatū ꝛc. ¶ Sz penes quē remanebūt instrumēta cōia custodienda. Dic ꝙ penes antiquioꝛē p. l. fi. ꝺ fi. instru. ꝛ tz ꝺ. martinꝰ de laude doc. nouis. in tractatu suo de p̄mogenitura.

¶ Questio.ccxc

¶ De dictiōe vel circa in petitiōe vel positionibus actoꝛis apposita.

Libello oblato et lite contestata actoꝛ in suis articulis vel positionibus non deducit quātitatē exp̄ssam ꝛ petitā in libello sed subiūgit verbū circa dicēdo ponit ꝙ ꝺz cētuz fuerit vl' circa nō pbat nisi de q̄dragintaq͂nq͂. Utrū excusek a pluri petitiōe ppter verbum circa in positione subiunctuz credo ꝙ nō[c] q: sicut petitio ꝺz esse clara. l. si in rem. ff. de rei vē. i auk. de testa. imp fectis in p̄n. col. viij. sicr detractio. l. heredes palā. §. j. ff. ꝺ test. ideo dicit bar. ꝙ pars posset detrahi renunciādo illi pti exp̄sse sicut pōt toti liti renūciari. l. postq͂ liti. C de pac. p hoc inducit ipē bar. l. j. C. de plus peti. ibi siq͂ dē ante incboatā litem eū penituerit vl' veritatē cōfessus fuerit ꝛc. que tñ renūciatio exp̄ssa ꝛ clara nō sit per ꝟbū circa qꝺ est de se incertum. vt. l. qui duo p̄dia. ff. de serui. rusti. p̄di. et. c. cupientes circa fi. extra de elec. li. vj. ita dicit bar.

in. l. edita. C. de edē. in. q. q̄ incipit hoc p̄misso ppe fi. Et ita vidi pluries in hac curia parlamēti determinari.

¶ Questio.ccxci.

¶ De donatiōe oīm bonoꝝ p̄ntiuz ꝛ futuroꝛum ꝛ an sub tali donatiōe comprehendank nomina seu debita.

Appellatiōe bonoꝝ mobiliū p̄ntiū et futuroꝛuz nō comp̄hendunt nomina[d] hoc est debita ita dicit bar. i. l. j. C. si aduersus trās. et in. l. q̄ntus. ff. de au. ꝛ argē. leg. et in. l. cēturio. i. iij. q. p̄nci. circa. fi. ff. de vul. et pupil. idē speculatoꝛ in ti. de fruc. ꝛ interesse. in. §. j. ꝟ. sed pone. ꝛ pe. iaco. in ti. de actione ex testō. Et dixi. j. q. ccccxcix. hinc est ꝙ dixi donationem oīm bonoꝝ mobilium et īmobilium p̄ntium et futuroꝛū valere. q: sic donādo postea poterit donās de debitis[d] suis testari sic nō hēbit heres nomē heredis in vanū ꝛ p hoc submouetur ꝺrīū ꝙ posset fieri de. l. stipulatio hoc mō cōcepta. ff. de ꝟb. obli. cuz ibi no. p bar. ¶ Sz an appellatiōe rerū mearū cōtineank iura ꝛ actiōes dixi. q. cccccl xxxiiij. ¶ Sz postq͂ sumus h' in materia dispōnis bonoꝝ futuroꝛuz q̄ro an bona p̄ntia ꝛ futura possint obligari ꝛ si i obligatione gn̄ali veniāt bona futura. tex. ꝙ sic in. l. fi. C. q̄ res pig. oblig. pos. exceptis tñ his q̄ verisimilit' nō esset obligatur⁹ sp̄alit. ita dicit gl. in. d. l. j. C. q̄ res pig. obli. pos. qꝺ secus est in dona. v el vēd. in q̄bus nō veniūt bona futura. vt. l. si ita. ff. de au. ꝛ arg. lega. ꝛ ibi plen⁹ p odof. ꝛ doc. ¶ Sed nūquid bona futura pñt vēdi. dico ꝙ sic p tex. in. l. si in emptiōe. §. j. ff. de cōtrahen. emp. ꝛ ven. ¶ An in legato bonoꝝ mobiliū ꝛ immobiliū veniāt noīa vide que plene dixi. j. q. ccccxix. ¶ Et vide de hac materia. j. q. cccccl xxxiiij.

¶ Questio.ccxcij.

¶ An destituto exceptiōe ꝺbeat eidē subueniri officio iudicis si equum iudici videatur. Et materiā stili curiarum ꝛc.

Si alicui non competat exceptio si tamen inde resultet equitas ꝙ sibi p̄uideak ꝺz ab ipo imploꝛari officium iudicis[e] quo sibi p̄uideak. l. plane. ff. de petitiōe here

scd̄m bal. in auk. ꝟz cū testatoꝛ. j. col. ver. Quero nunq͂d ille. C. ad. l. falc.

e ¶ Noīa tu vide de hoc qꝺ scripsi. post istū in decisio. cccccl xxxiiij. in ver. an appellatione bonoꝛum.

f ¶ Officiū iudicantis. Nō p̄supponit obligatione ꝛ dak in subsidiuz cum deficit actio. l. qui p collusiōes ff. de actio. empti. ꝛ vē di. l. quero i p̄nc. ff. loca. vbi doc. ꝛ q. dek deficiente actiōe oꝛdinaria est etiā tex. i. l. q̄dam. ff. de eden. et ibi doc. Notandū tñ est ꝙ officiū iudicis est remediū oꝛdinariū. vt est gl. in. l. si is a quo in p̄nc. ff. vt in pos. legaꝝ ꝛ cōpetit p oī actu bona fide facto vbi deficit actio. vt l. cū filij. ff. si cer. pe. et vbicūq͂ eq̄tas suggerit qꝺ faciēduz vt ē gl. i. l. si suus. ff. de vsufr. et i locū exceptio

nis deficien tis tex. sin gularis i.l. fi.ff.de peti. heredi.

ditatis τ facit bene qd ponit bartho. in.l.illicitas in pnci.ff. de officio presi dis.vbi dicit q destituto exceptiõe nõ nume.pecu.p lapsum biẽnij subuenit ex officio iud. Et istud facit ad qõnem p curijs in quib9 nõ admittuntur nisi certe exceptiões put in curia parui si gilli mõti spessulani et i curijs cabeoli et scti marcellini in qb9 nõ admittunt tur nisi tres exceptiones videlz falsi: solutiõis.τ nouatiõis tñ si resultet eq tas p officiũ iudicis imploratũ dz con uento subueniri τ ita vt audiui semel fuit obtẽtũ in dicta curia parui sigilli facit p hoc.l.j.ff.de pe. here.τ.l.plane eo.ti.et vide bar.in.l.j.§.j.ff. qd vi aut clam.vide tñ q circa hoc plenius dixi i tractatu quẽ feci sup statuto dalphi. sub rub.de lr̃is cõpulsorijs τ pcissis in q.viij. ¶ Sz an sñia lata expsse ɔ stilũ curie sit nulla.dic q sic.sicut si cõtra le gẽ eẽt lata cũ vicẽ legis obtineat iuxta no.p Cy.i l.ij.C.qñ puo.nõ est neces. in.iij.q. Idẽ tz ray.de sabanaco in sua repetitione.l.more maiorũ.ff.de iuris. om.iu. ¶ Si stilus curie ɔdicat cõsue tudini ville vel ecõtra stãdũ est potius stilo curie q cõsuetudini cũ se habeant adinuicẽ tanq gñale τ spãle vt no.per cy.τ ray.de saba.vbi.s. ¶ Sz stil9 curie qñto tpe inducat vide de sabana in.d. sua repetitiõe. De materia stili sancti marcellini etiam tetigi.s.q.clxxxj.

¶ Questio.ccxciij.

¶ De actione iniuriarũ ɔtra executo rẽ si excedat fines mãdati intentãda.

a ¶ In.c. qd qs.adde in eo.c.do. io.an.i mer curialibus.

b ¶ Actiõe iniuriarũ.fa cit ad hoc qd notatur in deci.tho lo. questio. ccxcv ij. e j. questio. cccxxiij.

c ¶ Ex ac tiõe iniuria rũ facit qd scribitur p glo.in.l.qd em nul9.§. plane.ff.de acqren. re. domi.

Quod executor sñie facit vr̃ a iudice factũ fuisse vt dicit expsse cy.i.l.ab exe cutore i.v.q.C.quoz ap pellatiões nõ recipiant allegat.l.τ lz.C.de cõsti.pecu.Et ideo si excedat fines mãdati nullũ est quod fit ab eo.c cũ dilecta.i fine.extra de re scriptis.ita tz gl.fi.i.c.qd ad consulta tionẽ extra de sen.τ re iu.ɔ quẽ execu torẽ ppterea põt agi de dolo.in.l.non vr̃.§.q iussum.a ɔ̃ria sensu.ff. de regu. iur.τ.c.qd qs.[a] a ɔ̃rio sensu τ ibi p dy.ex eo.li.vj. Ex actiõe[b] iniuriarũ qz lz iuris executio nõ hẽat iniurias.l. iniuriarũ.§.j.ff.d inïur.tñ si excedat fi nes mãdati nõ ẽ iuris executio sz iniu rie illatio.l.si iniurie.et ibi est tex. ex pressus.ff.de iniur. Et al's põt ex iudi cis officio puniri i auk.de manda.pnc. §.here.col.iij. ¶ De actione iniuriaz vide que dixi.j.q.cccxxiij.

¶ Questio.ccxciiij.

¶ Utrum sñia nulla possit per aliam sñiam confirmari et cõualidari.

Uero vtrũ sñia que nulla[c] est possit confirmari[c] super hoc dicit Inno. in c.j.de confirma.vti.vel in uti.vb' mouet qõnez vtrũ sententia a quo non fuit appellatũ vel que in rem transijt iudicatam possit peti cõfirmari τc. et videtur ibi dicere q vbi sententia est nulla forte quia a nõ competenti iudice lata vel etiaz di co si esset venalis vel cõtra ius scriptũ lata iuxta.l.ij.τ.l. venales. C. quando puo.nõ est neces.vel qz lite. nõ cõtest. fuit lata q tunc sententia cõfirmatio nis nõ faceret valere τ sequit in versi. item plus dicimus q ille qui petit sen tentiam cõfirmari debet pbare sentẽ tiam tenere vtputa q iudex q illã ptu lit erat cõpetens τ q ordinẽ iuris ser uauit.nõ aũt habet pbare q sit iusta vt dicit ibidez inno.τ ita vidi determina ri in camera consilij inter dños meos de parlamento insequendo opinionẽ innocẽtij. ¶ Sed quid si iudex appel lationum cõfirmet sententiam nullam et nõ appelletur a sentẽtia iudicis ap pellationum an in executione senten tie iudicis appellationum poterit op poni de nullitate prime sententie[d] Dic q sic vt plene dixi i tractatu meo de appellationib9.in.§.cvij. quero τc.

c ¶ Possit confirmari vide.d.bar. in.l. in psi. circa fiñ et in ver. quero iterũ.C. qñ puo.nõ est necesse.

d ¶ De nul litate prime sñie in hoc iuris articu lo distingui tur per do. bar. in pãl. l.j.i. iij. col. in ver. sz an antea.

f ¶ Sed qd erit si filius vcs in . iij. col.in.§.sed qd erit in v. ille ergo fi lius.

¶ Questio.ccxcv.

¶ An filius vel filia qui quittauit cuz iuramẽto bona paterna enumeretur inter liberos adeo q faciat partem in legitima lz nõ amittatur ad partẽ τc.

An filiusfamilias qui quitta uit bona paterna cum iura mento numeretur inter li beros adeo q ptem faciat in legitima lz ad ptẽ nõ admittat pe. ia.in ti.de condi.ex lege oĩmodo ex te stamento cumulata i.q.que incipit sed e qd erit si filius[e] τc.dicit q sic.sed q f portio remãebit heredi patris[f]. Sz contratrium mihi vedetur tali ratiõe qz ipe filius tale pactũ cuz iuramento faciendo se totaliter alienum.reddit a successione paterna.qz pater suus nõ tenet eũ heredẽ instituere vel exhere dare sm pe.ia.vbi.s.quẽ i hoc casu seq tur do.io.d aramone i repetitõe sua.l. pactũ.C.de colla.quã repetitiõez ego guido penes me hẽo. hãc opi. et seqt do.iohan.guillionis famosus doctor mõtispessulani in quodã suo ɔsilio in cipiente in duobus exactis ex qstione

g ¶ Rema nebit here di patris.et est ratio qz pater videt prouidisse hrẽdi suo fu turo vt dicit do.pe. iaco. in pre.§.sed quid erit in ver. dicam9 ergo in fi.et allega.l. si pactum .ff. ne proba.

superius ꝛc.ꝛ mouetur tali rōne nā ipa dicitfilia vl' fili⁹ q̇ quittauit cū iuramēto cogit iuramētū suare oīno.c.q̄uis de iureiu.li.vj.ibi oīno suari dbebit er go dꝫ intelligi ꝙ siue pater nihil relinquat nec i ali quo eū herede instituat ꝙ nō impugnabit nec ānul labit testm̄.q: q̇ oē dicit nihil excludit vt iurib⁹vul gatis ꝛ gn̄aliter ē intelligendū.l.j.§.gn̄aliter.ff.d le. pstādis⁊ sic sub illo iuramēto cēset cōprehēsus oīs mod⁹ p quē possit volūtatē pr̄is ipugnare ꝛ sic ꝙ nō possit dicere nullū.lꝫ sibi nihil relinquat.De hoc ēt tetigi.j.q.cccccxcviij.in fi.immo nec talis fili⁹ pr̄i suo ab intestato pōt succedere iuxta dictā.l.pactuꝫ iūcto.c.q̄uis d pac.li.vj.et hoc idē tenēt dicti doc.i locis.s̄.alle.sic ꝙ ꝑpterea verū ē dicere talē filiū ha beri p mortuo q̄tū ad succedēdū mō fili⁹ q̇ habet p mortuo nō cōputat i nūero liberoꝝ p̄sertiꝫ dū ꝛ qn̄ agit d augmēto vel diminutiōe legitie alioꝝ fra trū supstitū q: pinde hr̄ ac si i rerū natura nō esset ita ꝙ nō facit ptē nec admittit ad ptē ad sil'itudinē filij exheredati.l.j.§.si pater.ff.de ꝯiugēdis.cū emā cipatis liberis.Pro hoc etiā bn̄ facitvna regl'a quā ponit bar.in.l.hmōi.§ si ticio ꝛ meuio.ff.de leg.j.vt sic dꝫ ꝙ ille q̇ nō admittit ad ptē nec admitti spera tur aliquo iure actiōis retētiōis vel alteri⁹ eq̄tatꝫ p se vel p aliū nō facit ptē.l.j.§.in pmo.ꝛ.§.p scdo.C. de cadu.tol.l.si duob⁹.§.si ticio.ff.d leg.j.ꝛ q: fili⁹ q̇ successiōi pr̄ne cū iuramēto renūciauit ad eā admit ti nō pt ex testō vel ab itestato iure actiōis vel retē tiōis p se vel p aliū obstāte iuramēto p eū pstito qd oīno ē seruādū vt.d.c.q̄uis.sic nihil excludēdo duꝫ vniuersal'r loquit dicēdo oīno seq̄t ꝑpterea ꝙ ipse ptē facere nō pt obstāte regl'a iā dicta.lꝫ opi.ia. est magis cōis inter doc.in iure scribētesvt plene teti gi in tractatu meo q̇ intitulat tractat⁹ in materia d tractionū fiēdaꝝ p herede grauatū in resti.fideicō missi ꝛ q̄ veniāt:substituto restituēda vel nō in.x.q.ꝛ ita in hac curia plamēti vidi iudicari pro opi.pe.ia. ꝛ sequaciū ꝛ fuit iudicatū iterato:vt dixi.j.q.ccccc. xcix.¶ Sꝫ q̇d de filio emācipatovtrū cōputet i nūe ro liberorū pe.Ja.vbi supra dicit ꝙ non^a idē d.de portato vel exheredato iusta de cā.De filio q̇ quit tauit bona paterna cū iuramēto plene tetigi.s.q.cc xxiij.et in quattuor questionibus ibi sequentibus.

¶Questio.ccxcvi.

¶Solutio legatoꝝ ꝛ debitorū ad quē ptineat an. ad heredem vel fidei commissarium.

Non⁹ fidei cōmissarij spectat solutio le b gatoꝝ ^b isolidū.l.ij.iūcta gl.C.ad tre. ꝛ i.l.j.§.fi.et ibi no.p gl.ff.eo ti.ꝛibi glo. magr̄alis quā sequūt cōiter doc.debita ꝛ funeris ipensa spectāt ad heredē pq̄rta ptevcꝫ p quarta trebel.p trib⁹ alijs partib⁹ q̄ sunt.ix.vncie ad fideicōmissariū vt ibidē no.lꝫ d funerꝫ ipēsa nihil dicat lꝫ tn̄ eodē passu ābulāt sicut es alienū.l.papi nia.al's.l.ꝫ veterani.§.q̄rto de inof.testa.prestatio alimētoꝝ āni luct⁹mulierū spectat ad heredē q: mu lier āno illo opari dꝫ ad opus heredisbar.in.l.sicut ff.de ope.libe.ꝛ ibi no.Tn̄ ēt p eo q: illo āno durāte heres lucrat fruct⁹ bonorū mobiliuꝫ ꝛ mouētiū quos nō tenet reddere.l.i. §.exactio.C.de rei vxo.ac.ꝛ ideo q̇ sen tit comodū et onussentire dꝫ i.c.q̇ sen tit de re.iu.li.vj.ita dicit.gl.posita sup ꝟbo facto ꝛ gl.sentit i.l.diuortio.ff.so. ma.Qd idē dicēdū vr de vestib⁹ lugu brib⁹ mulierū eadē rōne lꝫ.ang.in.l.de creto.C.ex qb⁹ causis infa.irrogat di cit ꝛ tꝫ ꝙ dictevestes lugubres nō dbē tur vxori ab heredib⁹ viri nisi cōsuetu do loci h̄ habeat vl' nisi ēt testator ita disponeret.¶ Sꝫ q̇d de melioramētꝫ in reb⁹ hereditarijs factis ac expēsis i de sustētis dic ꝙ ad onus heredis spe ctat p q̄rta pte ꝛ ad fideicōmissariū p trib⁹ ptibus.l.vbi pure in fine iuncta opi.bar.ibidē posita.ff.ad treb.Atta mē sup fructib⁹ pceptis p heredēvtrū cōputari debeāt solutiōne taliū oneꝝ c vide bar.in.l.scribit ^c.ff.ad trebel. ¶Ista hic duxi subiūgēdaꝫ p mei mēo ria in futuruꝫ:q: quotidie occurrūt in hac curia plamēti sup detractiōib⁹fien dis de hereditatib⁹ fideicōmissarijs q̄ restitui ordinant detractis dtrahēdis de q̄bus detractiōib⁹ēt tetigi.j.q.cccc. xcvj.¶ Sꝫ an delegato de portiōe he reditatisvel de aliqua refacto aut etiā de legitima filij quā q̄s rogat⁹ est resti tuere detrahi possit quarta trebellani ca.dic ꝙ nō in.l.mulier.§.fi.ff.ad treb.

¶Questio.ccxcvij.

¶An liber feudorum faciat ius apud omnes ꝛ si cōsuetudo localis deroget constitutionibus feudorum.

Constitutiōes feudales clau se in libri feudorum faciunt d ius comune ^d apud oēs vt dicit Ja.de bello visu d his q̇ feudum dare pn̄t.c.j. circa fi.idē Mar.sulymagni.cy.ꝛ ia.de butri.in auct.ingressi.C.de sacrosan. ec.in antepe.q.idē.Inno.in.c.ex trans missa.ꝛ in.c.verū extra de foro cōpe.ꝛ plene in.c.ceterū.de iud.facit bn̄.c.j.d feu.cog.ꝛ ita etiā in hac pr̄ia dal.sicut ius scriptū seruant exceptis in aliqui bus in q̄b⁹ cōsuetudo ꝯria in hac pr̄ia reperit vcꝫ in eo ꝙ mulieres in feudo succedūtꝛ i certis alijs inq̄b⁹ iura feu doꝝ sunt hodie de cōsuetudine huius patrie ad instar patrimonioꝝ redacta vt etiā refert Jo.fa.insti.de rerū diui sione in pn̄.ꝛ in auct.ingressi C.de sa crosan.ec.q: feuda d ꝯsuetudie pn̄tis patrie pn̄t sine ꝯsensu dn̄i legari in do tem dari ꝛ alienari ꝛ q̄ ꝯsuetudo i tali

a ¶Ubi.s. voluit alle do.pe.ia.in iiij.col.in.§ rē notandū in prin.ꝛ.i.v idē in emāci pato.

b ¶Solu tio leg.vi.de hoc scꝫd mō solutiōis de bitoꝝ ꝛ lega torū fie de p heredē roga tū ꝛ fidei cō missariūistū met cōl'.suo vitij.nu.iij.ꝟ si.iniq̇.ibi so lutio vero le gatoꝝ.vol.j.

c ¶Scribit forte voluit allegare.l. marcell⁹.in §.idē pōpo. scribit lꝫ ca ue q: aliud ibi dicit do. bar.subtil'r tn̄ intelligē do possꝫ tra hi i argumē tuꝫ ꝙ sic ad qd dꝫ p eun dē.d.bart h. ibidē in.ꝟ. q̄ro quid si testator.

d ¶Faciūt ius cōe.h̄ tꝫ pulchre do. bal.in plu dio li.feud. in.ij.col.in ꝟ.in ꝯriū ꝙ iste liber sit autentic⁹ et d.ia.d alua rotis i plo go.d.libri. feu.j.ij.col. in.ꝟ.ex non nullis ꝛ i p fatōe eiusdē que incipit hūanū i.iij.

co.in.ꝟ.quero tertio.lꝫ d.pe.ia.de aureliaco aliter locutus est errorem quorundaꝫ secutꝰ quasi rigide carpit vbi.s.d.bal. vt i trac.suo libellorū in titu..d.ↄd. ex moribus habet et copiosius.i ti. de causis ex qbꝰ vasallꝰ ꝙtū ē de iure scripto d beꝫ amittere feu.i.iij. col.ꝟ.itē q: in predictis locis

a ❡ Licet alteri noceat vide.l.sicut §.aristo.et ibi.d.bar.ff. si ser.vēdi. τ no.i.l.p.ff. de iniurijs.

b ❡ Et premissa ꝟ habec referas non ad p̄ria.sed adea q̄.s.dicunt in p̄n.

c ❡ In p̄ria q.adde eundē.do.bar. ibidem i.ꝟ. ij.quero.

d ❡ Credo ꝙ sic.cōtrariū determinat.j.q.ccccc. τ ibi vide ad intelligētiā eorū q̄ hic dicunt τ olo.s.q.x. xxix.τ.q.clxxxiij.

e ❡ Pōt occupare potestatē hrdi-

bus est attẽdenda τ seruãda:vt tenet exp̄sse pe.ia.inti.d cōdi.ex.l.impialē. §.calidis ibi dum dr itē fallit ꝙ hodie τc.τ in.ꝟ.q̄ icipit itē fallit q: d cōsuetudine idē tꝫ.bal.in ti.q̄liter olim feudū alie.poterat.§.porro.ibi dum dicit qn̄ alienatio erat facta d bona ↄsuetudie

❡ De materia feudali vide q̄ dixi.j.q. ccciij.τ.cccciij.τ.s.q.lix.τ.q.clxxx.

Questio.ccxcviij.

❡ De furno ↄstruēdo i fundo ꝓprio.



Trum quilibꝫ possit facere furnum i domo propria ad coquēdū panem suum nō obstãte ꝙ baro vel nobilis ibi ꝑ prius habeat furnū dicit io.fa.insti.de.ac.in.§.eque in q̄stione q̄ icipit:sꝫ qs erit modus ꝓbãdi τc.sic formal'r τ ideo credo ꝙ si i vna villa fuisset furnus nō pōt qs prohiberi quominus vadat alibi vel quominus q̄libꝫ possit ibi edificare furnū nisi al's sibi ꝓhibitū fuisset q: ↄ illa q̄ sunt licita d se et debēt de iure cōi.nō ↄuentōe nō currit p̄scriptio nisi a tꝑe quo qs est ꝓhibitꝰ iure ↄrio.vti τc.Et ꝑ hoc nihil alllegat.Jo.fa.Tn̄ hoc bn̄ ꝓbat lex quotiēs.ff.d seruitutibꝰ τ no. ꝑ.gl.cy.τ bar.in.l.j.τ.ij.C.d serui.τ aq̄. ꝑ hoc etiã facit q: q̄libet in re sua ꝓpa facere pōt id qd sibi ꝓdest lꝫ alteri no[a]ceat[a] dū tn̄ aio nocēdi n̄ faciat.l.j.§. deniq.ff.de aqua plu.arc.nec.i dubio animꝰ nocendi p̄sumit.l.merito.ff.pro socio.qd tꝫ gl.τ bn̄ ₰m bar.in.l.filiū.§. si.ff.de dã.infe.τ dicit pe ia.i suo libellario libellus suꝑ furno in.ver.q̄ incipit itē ꝙ p̄dictū ius habendi furnū τc. qd ius habendi furnū i loco p̄uato bn̄ pōt p̄scribi lꝫ secus in loco publico vel cōi.l.si.ff.de vsuca.qd facit ꝑ illis q̄ in domibus suis furnū fecerūt τ longissimo tꝑe tenuerūt τ panes suos decoq̄ fecerūt ꝙ ipsi tale ius p̄scripsisse censent τ p̄scribere potuerūt.lꝫ de prescriptiōe iuris fiscalis agat.vt vr̄ tex.i rōne in.l.si manifeste.C.de ser.τ aqua.lꝫ illa.l.mãlius faciat qn̄ mos hoc ē ↄsuetudo antiq̄ p̄tendit qd est multū attēdendū in mō articulãdi vel libellandi put etiã dicit bar.in.l.j.C.de ser.τ aq̄[b] τ p̄missa vera[b] nisi ius suꝑ hoc tali baroni fuisset q̄sitū autoritate p̄ncipis l.quo minꝰ.ff.de fluminibꝰ.l.qd principis.in p̄n.ff.de aqua plu.arc.τ plene ponit bar.in.d.l.quo minus in prima [c] q.[c] quã mouet de molēdino vl' etiã p̄scriptiōe vt q: volēti facere furnū d nouo inhibuit ne faceret τ post ꝓhibitionē ius tale p̄scribit.l.quotiēs.ff.de ser.τ aqua τ sic est in villa mea scti albani in qua habeo furnuꝫ τ nullus audet facere aliū furnū ex antiq̄ssima prescriptiōe.sed oēs habitãtes in ip̄o mãdamēto tenēt ibi decoqui eoꝝ panes soluendo mihi certū annum tributuꝫ.

❡ Questio.ccxcix.

❡ An testator excludēdo filias videatur voluisse hereditatē suã ad masculos deuenire τ an talis dispositio inducat fideicōmissuꝫ respectu masculoruꝫ.



Estator plures hꝫ filos et plures filias filiabꝰ heredibus ꝑticulariter institutis filios heredes istituit vniuersales τ ipsos adinuicem substituit in casu quo sine liberis masculis decederent prohibendo et ordinando ꝙ nulle filie succedant i bonis suis:sed ꝙ liberi masculi ipsas habeãt maritare ad ordinationem amicoꝝ.Utrū ꝑ hec verba inducat fideicōmissum in fauorē d liberorum masculoruꝫ.credo ꝙ sic[d] q: ꝑ hec verba voluisse vr̄ hereditatem suã atq bona ad liberos masculos filiorū suoꝝ ꝑuenire femellis exclusis ꝑ hoc vider̄ tex.in.l.epl'am.§.fi.iuncta.l. vbi.§.j.ff.ad tre.Nã eoipso ꝙ ip̄e grauauit tales liberos masculos de maritãdo femellas ipse eis suã hereditateꝫ censet reliq̄sse.l.deniq.§.interdū.ff.de pec.leg.τ.l.si stipulatio facta fuerit.ff. de op.libe.facit bn̄ qd ponit bart.in.l. centurio in questio.q̄ incipit vlterius quero τc.ff.de vulg.τ pup.τ de hac materia tetigi.s.q.clxxxiiij.τ.j.q.ccccl xix.τ.q.cccccc.τ ibi reperies decisionē questionis presentis τc.

❡ Questio.ccc.

❡ De trãsmissiōe hrditatꝭ nō adite.



Iliofamilias vel nepoti in potestate constituto hereditate delata.τ in etate pupillari moriēti hereditate per patrē vel auum non adita ꝓximiores ab intestato succedūt:nec pater ipsam [e] hereditatē pōt occupare[e] iure peculij.vt in aut de here.ab intestato i p̄n. qd magis declarat in aut.in successione.C.de suis τ legi.here.dum dr in successione pa.fa.siue filiusfa.τc.q̄cq̄d dicat.in.l.si infanti.C.de iure delib.q̄ hodie est correcta ꝑ dictã aut sicut tenent gl.bar.τ bal.in.d.l.si infanti.naꝫ hereditas talis q̄si prio iure censet q̄sita filiofa.i etate ifantili moriēti τ ip̄o iure

tatem et e iure cōpell per mediaꝫ personaꝫ infantis adire.hrditas em̄ nō adita ꝑ ifantē trãsmittit ad patreꝫ.acsi ip̄i infanti iã q̄sita fuisset.not.do. bal.i.l.si infanti.C.de iure delibe. in.j.colū.iij. not.verūtn̄ addit tã ꝙ heres ifantis τ cuꝫ eo eq̄liter succedūt alij ꝓximiores velut mater τ frater.d.bal dus vbi.s.i ij.col.in.ꝟ. sic.sequitur alia ↄclusio Sꝫ alit sentit.d.alexã. ibi in addi. ad.d.bal.in v.oppo.suꝑ ꝟbo dr̄ia.

a Fama operatur de ptate et virtute fame vide post oes p diuersas qstiones d. feli.in.c.veniēs.el.i.an iii.col.versi.p ma cōclusio cum se questibus d testi. Item fama pbat semiplene.l.iii.§.eisdē.cum ibi nota.ff.de testi.l.ad monendi.ff.de iureiu.et in.c.veniēs.de test.et no.do.bar.in.l.de minore.§.tormēta.ff.de questio. Et hvex qn apparet q ipsa fama traxerit origine ex aliq bus pbabili bus seu veri simil. cāis als sec9.l.de curionē.C.de pe.et iō dicit do.bar.i pdi.l.de minore.§.tormēta.q non sufficit pb. famam simplr.et idem no.d.bal.in l.pcetatis.C.de pba.fz d.alex.ii.pte cōsi.xc.i.iiii.colū.in v.nō obstat Ista tn pce dūt ibi agit de magno pudicio. vbi vo agitur d modico preiudicio tunc

sicut dicit tex.i.l.si mre.C.d suis et legi.he.seqt q in ipis talib9 bonis tali infanti qsitis pximiores succedūt et debent admitti vt dicit aut.de here.ab inte.et in aut.in successione.§.alle.nec pmissis obstat qd dicit barth.in.d.l.si matre.vbi dicit q vba ipo iure debēt intelligi secuta aditiōe reali vel vbali et facta sup hoc declaratiōe animi ad filiitudinē cōpēsare volētis iuxta no.in.l.si cōstat.C.de cōpēsa.qd ēt posuit in.l.vētre.ff.de acq.here. Qr illud intelligitur in extraneo vel filio aut nepote etatē infantilē iā egresso herede instituto nō aūt in filio vel nepote i etate infantili moriēte cui9 pater vel auus in cui9 erat ptāte hereditatem adire neglexit qr i tali casu nō est necessaria ai declaratio p talē infantē faciēda cū etiā talē aim adhuc faciēdi non hēat qr qcqd videt vel audit ignorat.l.i.C.d fal.moneta.iō aditio ipa iuris misterio suplet.l.si infanti alle.adeo q talē hereditatē quasi patrio iure qsitā ad pximiores trāsmittit vt.d.aut. Per quā occupatio iure speculii de qua in.d.l.si infanti mentio habet est hodie correcta nec est mirū si aliqua statuat in fauorē alicuius infantis q als respectu maiorū aliter decisa repiunt sicut videmus in casu.l.q duos.§.cum in bello.et §.si.l.cum pubere.et.l.si mulier.ff.de re.dubiis.nec obstat.l.ii.§.si qs ex liberis ff.ad tercul.qr ibi est alius casus si bn inspiciat sicut dicit cy.expsse i.l.apud hostes.C.de suis et legi.here.qd ēt pōt satis pcipi ex positione casus dicti.§.quē ponit ibi bar.cum apostilla.dy.vel pōt dici q ibidē nepote moriete nō supera t aliqs i cui9 ptāte foret cui negligētia hereditatis nō adite possit ipu tari sicut fuit in casu.l.si infanti.iō nimirū si ibi nō habeat hereditas quasi patrio iure qsita et sic cessat trāsmissio ita dixi in decisione pcessus diffiniti in manib9 iohānis albi inter vxorem arnulphi rolādi agentē et iaco.maronis et consortum suorū de ebruduno et c.

Questio.ccci.

Fama quos effectus operatur.

a Fama opat[a] multos effect9 et iter ceteros opat effect9 seqntes quos studēdo collegi et hic p mei memoria in futurū oscripsi.qr sūt effect9 singulares et dispersi hincinde in corpe iuris. Prim9 est qr ipedit mrīm cōtrahēdum in.c.ii.de cōsangui.et affi.et ibi p docto. Scds effect9 est qr releuat quē a pbatiōe iuxta no.pgl.et bar.i.l.i.C.q et aduersus quos. Terti9 effect9 qr fama cū iuramēto officiarii facit fidē tex.est in aut.hodie et ibi ēt tz bar.C.de diuortiis. Quartus est qr fama excusat quē a dolo.l.si miles.§.mulier.et ibi etiam tenet bar.ff.de adulte.et.l.i.plagii.C.ad l.iul.de plagi. Quintus est q transfert onus pbatiōis in aduersariū in casibus in quibus communis opinio seu fama quem constituit in possessione alicuius qualitatis libertatis aut seruitutis.l.mater.C.ne de statu.defunctorū et.l.ii.C.si seruus vel libert9 ad decurio.puenit.lib.x. Sextus est qr in aliis in quibus sufficit famā esse licet in veritate non ita sit operat pbationem plenam.l.barbarius.ff.de offi.ptoris et.l.i.C.de testa.et.l.ii.C.de sen.et interlo.omni.iudic.ita dicit barth.in l.de minore.§.tormenta in questione que incipit vltimo pncipaliter quero et c.ff.de questionibus. Septimus est qr releuat quem a tormentis vel operatur q questione iuxta ea que ponit tex.in.d.§.tormenta. Octauus effect9 est quia presumi facit instrumētum ab aliquo notario bone fame existēti con b fectū esse validū[b] vbi als non valeret.l.nō omnes.§.a barbaris.ff.de re militari.tenet barth.in.l.ii.circa fi.ff.quemadmodum testa.ape.vbi dat cōsilium aduocatis practicātibus q forment articulos et de legalitate et bona fama notarii et facit bene qd ponit spe.iu tit.de instru.edi.i.§.restat.ver.quid si dum testes publicātur et c. De alio effectu fame tetigi.i.qstio.ccccxlvi et c. De fama et voce publica qui sunt in patria et similiter de rumore publico si excusant a dolo dixi.i.qsti.ccccxlvi.et.q.ccccxl.

Questio.cccii.

An princeps lesus debeat in integrum restitui.

Utrum fiscus lesus possit c in integ.rest.pe.et cy.[c] tenent q nō in.l.res publica.C.quibus ex causis maio.in integ.restitu.in.q.i.per rationes ibidem per eos deductas. Tamen quicquid sit de iure de stilo et communi obseruantia seruatur contrariū quia restituitur et fuit ita iudicatū p dño nostro karolo francoꝝ rege.inter dalphi.vieneñ.qui tunc minor et le

fama facit plenā pba. vt in.c.sup eo.de cōsangui.et affini.ta.et in.c.veniēs.de test.als aūt sola fama sine aliis admiculis nō pbat do.inno.et ab.in.c.quā cām d pba.

b Esto validū.tu vide istū cōsi.lxxv.īci.adherēdo opinioni nu.iii. v.venio ad tertium.

c Pe.et cy.i.i.col.q.i.vbi format qōnem tā de fisco q d pncipe scz rege francoꝝ.et aduerte q spe loqt in pncipe maiore q pbat argu.rubri.vbi āt pnceps eēt mior natu d iure venit restituēd9 si lesus repiat. Nā tūc i eo duo singlaria cōcurrūt puta qr pnceps et mior vn si ñ sit restituend9 qr pnceps saltē qr mior dz restitui.de pncipe āt maiore rō fuit dubitādi.quia respublica et res pncipis idem videbant scz respubli.restituit.§.et

ita bar. i[illegible] ... [illegible] fol. 6[illegible] [illegible] n. 70.

[illegible] n. 62

pnceps vide bat restitue dus rōne lesionis lz maior. lz ɔ̃rium deciditur qr pit⁹ q ñ ṽifi cat i miore.

¶ Nota hāc qōnem vtilem.

a ¶ Grauame apponi. Adde q hñtur in. c. raynuti⁹. extra de testa. & in c. raynald⁹: eo. ti.

b ¶ Trāsfertur dñiuz licet ex in feudatiōe reali trāsferat dominiū vtile & vasall⁹ efficiat dñs vtilis. tñ bona feudalia alienare non pt nisi in certis casib⁹ vt per spe. ti. d. feu. §. ij. ver. xix. Et vide casus in qbus vasallus pt rem feudalē alienare. p do. pe. iaco. ti. de condi. ex lege ipia lem. §. lz fa lit. & vide d. bal. i li. feu. de alie. feu. c. j.

c ¶ §. si qs ibi vid bald. de hac. q. et de multis aliis pulchris qōnibus & singularibus.

sus fuit in inte. restitutus finaliter ad uersus remissionē quā fecerat dño ludouico de pictauia dño sancti valerij de comitatib⁹ valeñ. et dieñ. Et quos comitat⁹ expost habuit. & adhuc tz & possidet vt notoriū est ipe dñs nr dalphin⁹. ¶ Sz an fiscus remaneat illesus si nō ɔficiat inuentariū infra tps iuris videque scripsi. j. q. cccxxxiij. & qō de. cccclxxj. in ver. an fiscus &c.

¶ Questio. ccciij.

¶ De fidecōmisso vniuersali et que in eo veniant.



Que sunt illa que veniunt in fideicōmisso vniuersali vide bar. i. l. marcellus. §. quidā. ff. ad trebel. Sz q̄ro vtrū illud qō heres institut⁹ acqrit rōne supplemēti legitie qui fili⁹ vel filia heres pticulariter institutus egit ad supplemētū infra tps iuris veniat in fideicōmisso vniuersali et licet circa istud qō nō reperi tactuz videret pma facie dicēdū q sic ad siñitudinē illi⁹ iuris qō acqrit iure actiōis qō venit in fideicōmisso vniuersali. l. si totam iūcta glo. ff. de acq. here. & l. papinianus. ff. ad treb. qō tenet bar. in d. §. quidā. attamē saluo saniori iudicio credo q nō veniat ex eo maxime q in tali iure qō est pars legitime de iure nature debite nō potuit p fideicommissuz substitui nec aliud grauamen a apponi[a] imo si tale vel aliud simile onus diceret vel reperiret adiectū ipz p nō adiecto hret. l. qm in priorbus. C. de inof. testa. iūcta. l. q̄ de tota. ff. de rei ven. Quis fuerit in plus talis heres institut⁹ q ascēdere possit legitima sibi iure nature debita. vt. d. l. qm in priori bus iūcta. l. sancim⁹. §. cū añt eo. tit. sicut tenet dñs raymūd⁹ de sabanaco in repe. sua. d. l. qm in priorib⁹ i pe. q. lz añ repetitiōem dicte. l. p eū facta asserat ɔtrariū tenuisse vt ibidē recitat. Non obstat siñitudo allegata in ɔ̃riū. qr nō pōt dici siñitudo sed diuersitas. Qr in casu dictarū legū nō repit ɔuisio que est & repit in casu dicte. l. qm in priori bus. Ideo nimirū si aliud ius statuat cū separatoꝝ sepata esse debeat rō. l. duob⁹. ff. de testa. tute. l. tā is. ff. de do. cā mortis. ¶ Sz iuxta pmissa q̄ro de alia. q. Tres fratres fuerūt heredes instituti & ad inuicē grauati de restituendo decessit vn⁹ & ita portio sua ad alios duos deuenit iure fideicōmissi. demuz decessit alius vtrū id qō habuit a pmo veniat i fideicōmisso sic q tertio debeat restitui. vide bar. in. l. pater. §. quindecim. ff. de lega. iij. & in. l. marcellus. §. quidā. & in. l. sceuola. ff. ad trebel. Alterius iuxta hoc q̄ro an bona dānata veniāt i fideicōmisso vbi qs ea restituere nō fuit expsse rogat⁹ sed simplr facta est substitutio alicui q̄ heres fuit institutus. dic q nō. l. coheredi. §. cū filie. ff. d vulg. et pupilla. de hoc ēt vr bon⁹ tex. si bñ inducat in. l. lutius §. maritus. ff. ad treb. iuncta glo. posita sup verbo senthsse dum dicit. Et qr hoc expresse dixisset allegat ibidem certa iura pbatur etiā in. l. a filia. in pn. ff. eo. pbatur etiā in. l. vnum ex familia. §. si. cū. l. seq. ff. de leg. ij. et vide in. d. l. cum virū. ¶ Ulterius circa premissa quero vtrū ea que pcipiūtur iure substitutionis pupillaris veniāt in fideicōmisso vniuersali pone in terminis. Testator habens duos liberos vnum impuberem et aliū puberem quos heredes instituit & dicto pupillo alium pupillariter substituit et talem substitutum rogauit restituere hereditatē titio in casu quo decederet sine liberis pupillꝰ decessit in etate pupillari. et sic locum habuit substitutio. Demum moritur alius filius sine liberis nūquid id quod habuit iure pupillaris substitutiōis teneatur restituere titio. Dicendum est q sic arg. l. qui fundū. §. quis filijs. ff. ad. l. fal. et ita tenet bar. in. l. ita tamen. §. qui suspectum. ff. ad trebellianuz. ¶ Sed quid de prelegatis vtrum veniant in fideicōmisso vniuersali dic vt in. l. marcellus. §. penul. ff. ad trebelli. et in. l. cum virum. C. de fideicommissis. ¶ Sed iuxta pmissa quero q̄ actio intentetur. per fideicommissarium vt hereditas ei restituat dicit q actio ex testamēto vt no. glo. in. l. et si nō scriptura. C. ad trebel. idē tenet bar. in. l. si legatari⁹. ff. eodem. titu. ista studēdo i diuersis passibus iuris collegi & hec duci inserenda pro mei memoria qr sunt singularia. Et semp occurrunt ista in iudicando in hac curia parlamenti sup restitutionibus fideicommissorum & q̄ in eadem curia videbo determinari supra premissis questionib⁹ hic determinatiōes subiungam. ¶ De verbis ex quibus inducitur tacitū fideicommissuz vide que dixi. j. q. cccclxix.

¶ Questio. ccciiij.

¶ An dominium transferatur ex infeudatione &c.

Ea ex infeudatione trāsfert dñium[a] vtile rerū q̄ infeudant si traditio interueniat in. c. j. §. si qs ver. si dñs de cōtrouersia inuesti. al's incipit si de inuesti. cōtrouer. fuerit. & in. c. ibi tanq̄ dñs possit vēdicare. de inuesti. de re aliena. fa. in feudis col. x. iūcta. l. nō soluū. §. meñ. ff. de re. ven. & quint⁹ muti⁹ la. ij. §. argento. ff. de auro & argē. leg. istud etiā tenet gl. expresse sup verbo de bonis in. c. j. p quos fiat inuestitura & etiā in. c. j. de ɔtrouersi. inter. vasallū et aliū de bñfi. feudi. licet eñ ex inuestitura verbali nō querat dñium p eo q nō ɔtinet traditionē vel quasi sicut no. Inno. in. c. ex parte. extra de ɔsti. & dy. i. c. j. de reg. iur. li. vj. Tamē ex reali inuestitura vt pote quia ei que datur

in feudū possessio traditur vel appzehēditur. domi nium vtile queritur vt iuribus.s. allega. ita etiam no.p bal.in dicto.c.i.si de inuestitura controuersia fuerit. Hinc est q dicitur p feudū reputatur esse in bonis vasalli adeo q ipsi tenentur soluere dotes et collectas ceteraq onera ad vsufructuarius pertinē tia tanq ille qui percipit fructus.l.qui pendentes r.quid sit.ff.devsufru.l.neq.ff.de impensis.i.re.do. factis. ¶ De materia feudorum vide q dixi s. que stione.cccvij.j.q.sequenti.r.s.q.lix.

¶ Questio.cccv.

¶ De venditione rei feudalis in qua asseritur res al lodialis.



Si vasallus feudum alienet credens esse de franco allodio vt puta quia patri vel auo paterno successit et ita iuret vl iurare paratus est electioni emptoris committitur vtrum dominovelit cedere feudum an vasallo restituere quo restituto vasallo idem vasal luspro beneficio retinebit nō nocēte vēditione eo q ignorans alienasset.c.ij. de controuersia inter do minum et emptorem vbivero vasallus sciens rē esse feudalem r eam de franco allodio vendat ipsas res committitur.vt.c.j.§.j.de prohibi.feudi alie.p fede ri.et.c.j.§.j.de prohibi. feudi alieni. per lotharium Et emptor sciens rem esse feudalem precio suo pri uatur vt in dictis iuribus habetur et auget domin? reiuenditione directa vt tenent glo.et bal. in.d. c.j. quia cum semper sibi retinet.vt in.c.j.§.si vero de in uestitura.de re.alie.facta. Idem ibi tenet. And. de ysarnia attamen prout ipse dicitvidetur melius do mino q agat conditione ex moribus et vsu feudorū a vel ex consuetudine ex .l. imperialem asic dicen do cum titius teneret in feudum a me talē remr eā scienter vendidit ex ea causa tu possideas eas ob qd feudum.illud est mihi apertum ago vt mihi restitu as. Et hec conditio aduocat possessionem tantum vt.in.l.i.C.de dona.que sub modo non rem nec rei dominium q nemo condicit rem suam preter quas a fure.l.si.ff.vsufructus.quemadmodum caueat .ita dicit ibidē. ¶ Quid si homo alicuiusdomini cus ab neget et alteri prestet homagiumvtrum priuetur do minus suo domini.specu dicit q non in ti.de iurisdi tione omnium iudicum.§.i.versiculo illud. ¶ Item de illo qui in instrumētovenditionis asserit res esse de dominio alterius vide que dixi.s.q.xxiiij.

¶ Questio.cccvi.

¶ An appelatione suorus heredum comprehendā tur tantummodo sui et quid invltimisvoluntatib? et quid in contractibus rc.



Generale verbum si aliqua dispositio ne adiectus iunctus speciei seu alicui verbo speciali restringitur ad species a suo generali significato vt probat in.l.fin.§.fin.ff.de triticovino roleo le gato.l.seruis vrbanis in principio. et l.cum quereretur.§.i.ff.d e lega.iij.ita dicit bartho. super rubrica de nouo .C.cōponendo circa principi um[b] Quod facit ad questionē qn quis aliquem istituit r sibi suos here des substituit qui heredes aut tantū sui aut extranei quicunq videātur sub stituti cum appellatione heredum tas sui q necessarij ac etiam extranei qui cunq contineantur.l.sciendus .r.l.he redis appellationer.l.ex illa parte.ff. verbo signifi. Et per iamdicta videnr sui tantum modo substituti pter ver bū suos ibidem subiunctum per quod verbum heredes quod est generale re stringitur super quo vide q ponit bal. in.c.j.de natura successiōis feudis col la.x.vbi mouet istam questionem.facit bene quod ponit specu.in titu.d testa mentis.§.in primis. versic.si.vbi dicit quod nomen heredis positum in vlti mavoluntate in substitutione nō signi ficat alios q descedentes quod secus in contractibus.l.fina.C.de here.insti tu.l.sub diuersis.§.j.ff.d cōdi.r demō. hoc etiam facit ad multa alia que sepe contingunt. De hac materia vide que plene dixi.j.q.ccccliij.r.q.ccxxx.

a ¶ Lege imperialem Adde.d.pe. ia.ti.de cō di.ex.lege i perialem.et ibi.r in duo bus ti.sequē ti.oīno eum videas de hac materia

b ¶ Bart. circa princi pij.in versi. venio ad se cundam.

alias 437. & facit etiam bene qd ponit specu lator.

¶ Questio.ccvij.

¶ De iuramento fidelitatis qd pre stari debet ab hominibus cōmoranti bus in territorio alicuius bāncreti.



Si aliquis qui non est ho mo meus moretur in terri torio meo ac iurisditione ipse nō tenetur prestare mi hi homagiumvel fidelitatem attamen ratione habitationis ipse est mihi sub ditus r ideo ipse debet mihi prestare sacramentum quod non erit mihi no ciuus sed fidelisvt no hostien.extra de symonia.r i.c.diligenti in lectura sua p quo videtur tex.in feudis qualiter va c sallus iurare debeat in.c.j.§. finali[c] Et ideo anno domini.M.ccccl x.d mē se nouembris dum fui insancto albano feci coram me assignari omnes homi nes meos ipsis locis caput hospicij fa cientes.r dum coram me fuerunt ipsi mihi prestiterunt iuramentum q erūt mihi fideles.rc.vt constat instrumen to recepto per claudium veteris nota rium dicti loci.

c ¶ .§.fina. vbi ad hoc vide tex.ap tū r ibi do. bal.in versi. tertiū est iu ramentum.

¶ Questio.cccviij.

¶ De duabus institutionibusvniuer salibus incodem testamēto factis si se cunda institutio valeat



Titius eius vxorē heredes istituti qdiu vixerit r post eius decessum semproniū her edem vniuersalē .vtrū

m

a ¶ Credo ɔtrariū.hāc opinio. tenet exprsse do. bal.in.l. extraneum ij.col.versi. vlteri⁹ .qro C.de here.institue̅.

b ¶ Spec. i ti.de ho.et fide.Voluit allegare specu.in tit.de feu.in.§.qm̄ super homagijs et fidelitatibus.

c ¶ Specu. in.ti.de fi.et ho. Allegare voluit p.§.qm̄ super homagijs et fidelitatib⁹.

d ¶ .c.graui.voluit allegare.ca. grandi.de supple.negli.prelato.li bro.vj.

institutio de sempronio facta valuerit qui reperitur superuixisse dicte vxori videtur ꝙ nō vt.l.miles ita in princi. ff.de testamen.mili.Ibi miles ita herede̅ scribere post quoad viuet titius res esto post mortez eius septitius etc. vbi dicunt dy.et ray.aliud in pagano. qđ est notandū.et nihilplus dicūt idez voluit dicere bar.in.l. hereditas .ff.de heredi.insti.vbi facta oppositiōe de dicta.l.miles.ita dicitr soluit aliud ī milite vt ibi aliud in pagano ita ergo et ꝙ vbi duplex institutio reperit̃ testame̅to pagani quarū prima est ad tempus incertuz facta vt pote q̄diu vixerit.l.j. circa prin.ff.de codi.et demon.Et secūda est subiūcta initiuz habere debens a tēpore incerto hoc est post tēpus primo loco instituti quādiu vixerit ꝙ secūda institutio nō videtur valere licet prima institutio bene valeat.l.q̄ filio i princi.et.l.in tēpus.ff.de here.instituē. a Sed credo cōtrariū^a.ꝙ immo secūda institutio valet quia verbū instituo debet sumi pro substituo sicut sumit̃ in.l.gallus.in glo.posita super verbo exprimat.ff.de liberis et postu.et istud videt̃ tenere bal.in.l.id quod pauperibus.xiiij.q.C.de episc.et cleri.q̄ allega. l.querebatur.ff.de testa.mili.vbi mouet questionē de vxore instituta et vsufructu. ¶ Vide.j.q.cccccxxxiiij.de substitutione cōpediosa facta filio pube뢰ri. ¶ Sed quid in filio qui substituitur heredi extraneo et nihil sibi relinquit̃ iure institutionis.an testamentum valeat.vide que plene dixi.j.q.ccccxxv.

Questio.cccix.

¶ De homine ligio.



Vltra octo genera hominū q̄ posuit glo.in rubrica C.de agri.et censi.li.xj.reperio alia duo hominuz genera Qr alij sunt homines ligij et alij nō ligij hoīes. Ligij dicunt̃ respectu īperatoris vl' regis frācie vl' respectu dn̄i nostri dalphini.qr sibi homagiū faciunt nullius alteri⁹ ^c fidelitate salua.de prohibi.feu.alie per fe.§.in feu.coll'.x.c.veniēs.extra de iureiurā. Et dicuntur ligij quasi ligati domino vel quasi legalitatē continentes sic alludendo ethimologie vocabuli quod est argumentum validuz in iure.insti.de testa.in princi.et insti.de tutelis.§.j.§.tutores.iuncto.§.est et aliud.inst.de dona.ita dicit specu.in titu. b de ho.et fide.^b circa prīci.ver.et not. in versi.dicitur autem homo ligius etc.de quo homine ligio habetur tex.expressus in clemen.pastoralis.§.rursus.ibi homoq̄ ligi⁹ vasallus etc.de sentē. et re iudi.et ibi plene per guillermum de monte laudunо qui bene declarat quis est homo ligius. ¶ Sed quid dicatur feudum ligium et feudū nō ligiū vide plene per balduz in prohemio feudorū.ibi. sexta diuisio feudorum etc.

Questio.cccx.

¶ An homo ligius possit facere homagium ligium duobus pro diuersis rebus.



Homagi ligium ^c de quo.s.proxime tetigi nō pōt fieri duob⁹ diuersis dominis etiam pro diuersis feudis s̄m specu.in titulo .de fi.et ho.ver.x.queritur.et bal.in prohemio feudorum.vj. distin.in fine.dicit ꝙ homo ligius non potest esse duoruz qui alle.specu.vbi.s.et.c.recolētes.extra de statu mona.Tamen pe.iaco.in materia feudorum circa finem.x.distinctionis dicit se vidisse vasallos facere homagium ligium diuersis dominis pro diuersis castris et ita seruat cōsuetudo in hac patria dalphi.et alijs patrijs circūuicinis q̄dq̄d sit de iure.

Questio.cccxi

¶ An homo ligius possit esse homo duorū dn̄orū.



Homines non ligij dicuntur qui faciunt homagiuz alicui baroni bannereto vel militi ita alteri q̄ imperatori vel regi aut domino nostro dalphino s̄m specu.in titu.s.in precedenti.q.allegato inver.et nota.Et talis potest de iure esse homo duorum diuersorū dominoruz pro diuersis feudis casus videt̃ expressus que specu.alleg.in.c.gra d ui^d ibi vel cuicunq̄ alie persone etc.in versiculo. queritur etc.ita etiam seruata consuetudo in hac patria dalphi.

Questio.cccxij.

¶ Homines tallieabiles tolerant̃ in hac patria dalphi.et locis circūuicinis.



Hominum non ligiorum alij dicuntur franci alij talliabiles et ita videmus in hac patria dalphi.et locis circumuicinis vbi ita se habet cōsuetudo taliū hominum talliabiliuz que debet propterea attendi.ff.communi.predi.l.vēditor.§.si cōstat et.l.de quibus.ff.de legi.ꝙ si etiam dicit specu. in ti.in prece.q.mentionato.ver.xix. queritur circa fi.et ver.xxvj.queritur in fine.De materia hominū talliabilium et manus mortue vide que dixi plene j.questione ccc'xj. ¶ Iuxta hanc materiam quero si filius nat⁹ ex homie eo me et muliere q̄ sit femina alterius domini cuius erit homo talis.dicit martinus de fano ꝙ meus erit adiudicandus.l.ne diutius.C.de agri.et censitis lib.xj.quia iura plus fauorisant mihi qui sum dominus patris ꝙ illi.qui est domin⁹ matris ita refert specu.in tit.de homagio

a et fide a.§.j.ver.quanto queritur ibi in hac questione etc. ¶ Et de hac materia vide plene per dominum martinum de fano.in suo tractatu de hominitijs hac etiam materiam vide per spe.in ti.de feudis. ¶ Si per mortem hominis decedentis ab intestato bona spectant do.bal. quod sic in.l.j.C.de heredita.decuria nisi consuetudo aliter se haberet vt ibi dicit idem bal.

¶ Questio.cccxiij.

¶ De hominibus francis.



b Ranci b homines dicuntur dupliciter vno modo qui liberi sunt a prestatione alicuius homagij sic quod tali conditioni nunquam fuerunt astricti insti.de ingenuis in prin. vel si fuerint astricti quod pacto seu remissione aut principis rescripto vel prescriptione fuerunt a tali conditione liberati. De primo est tex.instit.de libertinis in.§.primo.et.§.multis. De secundo est textus.in.l.j.et.ij.C.de iure aureorum annullorum.et de na.resti. De tertio est textus in.l.ij.C.de prescri.longi temporis que pro libertate. Alio modo dicuntur franci qui recognoscit se homines alicuius nulla causa adiecta et homagium simplex faciunt alicui bannereto vel militi vel alteri nobili sine se astringendo ad aliquod seruitium. Et de istis hominibus videtur loquitur martinus de fano.in tractatu suo de hominicijs et homagijs in.ij.q.principali quam etiam spe.in ti.supra in precedentibus questionibus allegat in versiculo.iiij. queritur etc.

¶ Questio.cccxiiij.

¶ De hominibus talliabilibus et quo iure fuerunt introducti.



Alliabiles dicuntur qui ita se recognouerunt quibus preterea imponi pot tallia quia ad ea se strinxerunt et ideo sic dicuntur a tallia alludendo ethimologie vocabuli vt nomen consonet rei.l. defensores.ij.C.de defensoribus ciui. insti de tutelis.§.j.et.§.tutorum cum si. Et ipsorum hominum modus seu vsus potius moribus et ex vsu antiquo quam alio iure naturali vel gentium fuit introductus et adinuentus ita dicit guilliermus de monte lauduno in cle.pasto.§.rursus.de sententia et re iudi.vbi post eum subiungit do.fran.de zabarellis car di.flo.quod talis vsus seu modus fulcitur iure positiuo propter pactiones et stipulationes que interueniunt quibus mediantibus quis pot obligare personam suam et conditionem deteriorem facere.l.cum scimus.C.de agri.et censi.lib.xj.l.j.§.j.l.iurisgentium.§.pretor.ff.de pactis.c.j.et.ij.extra eo.ti.ita etiam tenet spe.in titu.de homa. c et fide c in versi.qui incipit primo etc.et versi.ij.queritur et allegat tex.quem dicit expressum in.c.gradi.supra.allega.ibi fidelitate homagio iuramento.seu pacto etc. istud idem tenet io.fa.insti.de iure personarum.§.penul. in prima questione pro hoc facit bene quia si quis operas suas possit locare imperpetuum.l.si hij lo.ij.iuncta glo.locati et quod locari possint in perpetuum tenet ioh.fa.insti.de iure personarum.§.penul.in pe.q.item etiam pacto vel stipulatione pot se quis hominem alterius constituere vel ligium aut talliabilem vel francum.ar.l.fi.C.de consti.pecu. Attento etiam quod ex hoc libertas sua non minuitur imo tenet dominus eum contra alios in persona et rebus defendere.xxij. q.vlti.c.de forma in fi.sicut dicit specu. in ti.supra.alleg.in versi.qui incipit primo etc. Et tales homines talliabiles proprie possunt equiparari hominibus ascriptis glebe seu oneri talliarum soluendarum sicut ascripticij se astringunt.l.cum scimus.C.de agri.et censi.li.xj. ¶ De hac materia tamen vide plenius.j.q.sequenti. Et ibi ponitur limitatio et declaratio ad predicta.

¶ Questio.cccxv.

¶ Si homo confiteatur se esse hominem talliabilem an talis simplex confessio preiudicet.et quid operetur iuramentum.



Ed iuxta premissa quero titius recognouit se et liberos suos natos et nascendos esse hominem et homines talliabiles cuiusdam nobilis et suorum et promisit et iurauit: sed nunquam tamen tale homagium alias prestiterat modo insurgit questio vtrum virtute talis recognitionis dictus sempronius filius possit conueniri et conuentus condemnari ad recognoscendum se esse hominem talliabilem heredi dicti nobilis. Pro cuius quesiti euidentiori declaratione premitto que.supra.dixi.q.precedenti. Quibus presuppositis si constaret legitime de tali recognitione dictus titius potuit astrigere se et liberos suos ad talem conditionem vt dixi in questione precedenti iuncta.l.pe.C.de liberis et eo.libe.sed quia nullum tale homagium fuit per dictum titium patrem prestitum ipsum peti non potest virtute dicte recognitionis a dicto sempronio filio: d quia ex tali seu alia d recognitione si non sequatur actus vel vsus de quo appareat vt pote prestatio homagij vel solutio talie non potest pretendi ius fuisse quesitum ita voluit dicere iohannes fab.insti.de ac.§.eque versi.tertio queritur etc.facit bene lex nec si volens iuncta.l.interrogatus. C.de libe.cau. Et est ratio quia tales recognitiones non preiudicant quasi contrarie nature existentes.sed quo ad scripticiam condi-

a ¶ Spec. ti.de ho.et fi deuoluit allegare.vt.supra. dixi. duabus q.pce.

b ¶ Franci. i.liberi et ab. omni seruitute absoluti. d. bal.i.c.j.circa fi.in vers. alia questio de cap i. qui. curi.vendi.in pri.feu.

c ¶ Spec. in titu.de homa.et fide. voluit allegare tit.de feu. §. quoniam sup homagijs et fidelitatibus

d ¶ Seu alia. vide omnino.d .bar. in.l.cum scimus C.de agri.et censi.lib.xj.

tionem bene preiudicat si tamen talia subsequantur de quibus in.l.cū scim⁹ circa prin.C.de agri.⁊ cen.li.xj.ita dicit glo.in dicta.l.nec si volēs p quam glo. apparet qđ si quis cōfiteatur se homi nem talliabilē qui p primo erat frācus aut liber ꝙ ex tali confessione sola ipse non potest pretendi homo talliabilis nisi prestatio homagij aut p̄statio seu impositio ⁊ solutio tallie fuerint sub secute ita voluit dicere tex.expresse in dicta.l.cū scimus vbi tex.cū scimus no stra iura nolle preiudicium generale cuiꝙ circa conditionem subaudi prout dicit dy.statim vt de libero fiat ascripti cius. Sequitur in tex.neqꝫ ex confessio ni bus subaudi prout dicit andreas de ysarnia solis verbalibus. Sequitur ne qꝫ scriptura nisi etiam ex alijs argumē tis aliquod accesserit incrementuꝫ san cimus solam confessionem vel aliā quā cunqꝫ scripturam ad hoc dicit odo. id est ad inducendum maculam ascripti cie conditionis. Sequit̄ minime suffi cere nec ascripticiā conditionē cuiꝙ in ferre sꝫ debere huiusmodi scripture ali quod aduenire adiutoriū.videlicet ex prestatione sensus ascripti vel ex alijs legitimis medijs talis scriptura iuue tur melius est em̄ in hmōi difficultati bus dicit odof.id est casibus seruituti similib⁹ ⁊ odiosis in ver.si sequit̄ i tex. ex pluribꝰ capitulis cōditiones osten di ⁊ nō solis confessionibus neqꝫ scri pturis hoīes forte liberos ad deterio rem trahi fortunā ⁊c.probat ergo cla re.d.l.ꝙ ex sola cōfessione homagij tal liabilis,seu ascripticie ꝯditionis facta nō p̄t pretendi homagiū talliabile de beri nisi talis cōfessio alijs argumētis incremētū habuerit vtpote per homa gij prestationē aut per solutionē glebe seu tallie que cuꝫ non fuerint secute re cognitionē predictā ex ea libertas di cti titij ad deteriorem trahi nō potuit fortunā qđ est multū notabile. nec ob stat qđ.s̄.dixi in precedēti q̄stiōe ꝙ pa ctiōibus et stipulationib⁹ p̄ōt q̄s astri gere suā p̄sonam ⁊ ipsi⁹ ꝯditionē dete riorem facere q꞉ illud limitationem re cipit per dictā.l.cum scim⁹ videlꝫ si ali quis subsequatur act⁹ illi promissioni correspōdēs ⁊ ipsum coadiuuans alit̄ nō sicut ponit tex.ad litterā in dicta.l. cū scim⁹ quod tenet gl.in.d.l.nec si vo lens. ¶ Sed quid si in tali confessione seu recognitione facta per dictum ti tium patrem iuramētū interuenit an sempronius eius filius ⁊ heres liget̄ a tali iuramēto credere ꝙ non [a] quia licet successor debeat seruare iuramētū defuncti vt in auten.de iu reiurando a moriente prestito.attamen si non fuat nō est ꝓpterea periurus.vt.l.generaliter. in princi. C.de iureiu.⁊ no.per bartho.in.l.codicillis.§.quis quis.ff.de lega.iij.⁊ ponit bal.in.l.non dubiū.C.de legibus ⁊ est casus in.c.veritatis extra de iureiurā. ¶ Sed quid de titio patre recognoscente qui iura uit vt quotidie videm⁹ an ipse teneat̄ ad obseruan tiam talis iuramenti. Dico ꝙ sic cū possit seruari si ne interitu salutis eterne.iuxta.c.cum contingat.et c.licet.extra de iureiu.⁊.c.q̄uis de pac.lib.sexto. Et facit aut.sacramenta.C.si aduersus venditorē. Sꝫ crederem ꝙ super tali iuramento esset dispensandū per episcopum cum istud iuramentuꝫ sit nature cō trarium et contra hominis libertatē. Sicut in simi li dixi de illo q̄ renūciauit cessioni bonoꝝ in iuramē to de quo vide que plene dixi.s̄.q.ccxj. ¶ De dispē satione tñ iuramenti vide que plene dixi.s̄.q.cxl.

¶ Questio.cccxvi.

¶ An homo talliabilis a tali conditione possit libe rari prescriptione ⁊c.



Upra questione. cc/ccxxxvij. tetigi de pbibitiōe quarte, trebellianice an saltim in herede extraneo fieri possit et ibi dixi q sic & latius dixi. s. q. lj. Sed iuxta hoc quero an talis prohibitio trebellianice facta per testatorem in primo gradu substitutionis porrigatur ad omnes substitutiones in ceteris gradibus substitutionum subiūctas. Credo q sic ratio quia prohibitio indiffinito[d] respectu primi gradus institutoz facta porrigitur ad omnes successores. l. lucius. in princi. a contrario sensu. et. l. si plures. ff. de lega. iij. Ita dicit Barto. in dicta. l. lucius. in. §. j. Et cum in casu isto detratio trebellianice fuerit in primo gradu indiffinite facta cēsetur facta respectu omnium substitutorum: quia clausula in principio vel circa prin. institutionis adiecta porrigitur ad omnia capitula subsequentia. l. iij. §. filius. & ibi hoc etiam ponit Barto. ff. de liberis & posthumis. et l. j. C. eodem titu. et maxime quando nulla subest ratio quare ita ad sequentiam non debeat referri: vt in dicta. l. j. habetur. Nec aliqua subest diuersitas vel repugnatia si ad subsequentia capitula referatur. l. coheredi. §. qui patrem. ff. de vulga. Ita dicit Barto. in. l. talis scriptura. §. fina. ff. de lega. j. & cum nulla in casu isto subest contrarietas vel repugnātia si prohibitio facta ad gradus substitutionum subiunctos porrigatur immo resultat vniformitas voluntatis testatoris qui hereditatem suam integram voluit remanere et ipsam absq diminutione ad substitutos deuenire voluit: ideo sequitur dictā pbibitionem ad eosdem porrigi. Et tetigi de hac materia si adiecta. s. q. cccccxcij. Et de hac materia si adiecta in primo gradu censeantur repetita in sequētibus plene dixi. s. q. cccclxxxv.

c ¶ Quia fauorabilis existit. Rōbui9 decisionis esse pōt q: lz vn9 dicat se audiuisse in vno loco alter in alio tñ sepultura fuit plene pbata nā isto casu loc9 ñ plurificat sepulturā sepius formatā & recēsitā ac cōtinuatā ar. e9 qd dr de heresi p do. Sal. vbi. s. in. vij. co. ibi sec9 si ambo deponūt de eadē specie heresis &c.

d ¶ Indiffinite. adde si testator phibuit nō qdē liberis sz filijs ne. alienarēt extēditur ipa pbibitio ad filiostñ. Nō aūt ad nepotes mortuis filijs vt dicit. d. Cy. i. l. volūtas. i vlt. q. C. de fideicōmis.

Questio.ccccxlvj.

Si testes aliter deponant in secunda depositione q̄ in prima cui depositioni sit standum.



Testis in vno iudicio inter aliquos habito deposuit medio iuramento vnum ꝛ postea in alio iudicio deposuit aliud etiã medio suo iuramẽto cui dicto est stãdum. Dicendum est q̄ primo[a] iuxta ea que ponit Barto. in.l.si postulauerit.§.penultimo.ff.de adulterijs. et quod ponit glo. in auc.de testibus.§.illud tamen.colũ.vij. Nam, quoniam publicatis testibus est verisimile q̄ testis loqui potuerit cuz parte producente vel alio parti producenti amico vel affectionato ipse presumitur subornatus aliter deponendo in secunda depositione q̄ deposuerit in prima. Ideo tanq̄ varianti non est credendum. Ita dicit glo.ordina.in.c.super his glo.j.extra de penis. Nec est secunde depositioni credendum: quia ipse in ea est periurus deponendo contra illud quod primo suo medio iuramento dixerat: et ita infamis.l. lucius. ff. de his qui not. infamia.et.l.si quis maior.C.de transact.et in.c.sicut nobis.et.c.testimonium.extra de testi. et in c.litteras.versicu.preter iuratoriam.extra de presumpt.et.c.preterea. extra de testi. cogen. pro hoc q̄ periurus a testimonio repellatur tenet Specu.in titulo de test. §.j. versicu. item excipitur q̄ est infamis ibi vnde periuri non admittuntur.et versicu.item q̄ est periurus. Et q̄ depositioni secunde non sint standum nec etiam prime[b] hoc tenere videtur Specu.in titu.de teste.in.§.j.versi.quid testis secundo inductus ꝛc. Attamen credo opinionem bar.ꝛ glo.fore veram: videlicet q̄ prime stetur[c] q̄ñ scd̄a est facta post publicationem ꝛ didiscita testificata: quia tũc secunda presumitur fuisse facta a suborna[d]to. Et ita seruatur in hac curia parlamenti. Et alibi etiam seruatur vt refert barto.in dicta.l.si postulauerit in.§.penultimo. Circa hoc vide que ponit Innocen.in.c.preterea.extra de testi.cogendis. Et de teste qui contradicit instrumento. vide.s̄.q.ccccxl. Et si testis dicat aliter deposuisse q̄ commissarius scripserit. vide in singularibus meis.fo.cclxxix.

a Nõ primo. Istud videt̃ sentire do.Bal. exp̄sse in.l. verba in.j. col.in ṽsi. ꝛ not.q̄ si testis.C.de adul.et facit in aucte. atqui et id qd̄ no.glo.fi.in fi. C. de testi. ꝛ.d.bal. in.l.qui falsa.in gl.nõ solum.ff. de testi.

b Nec ẽt prime vide do.Bal. in l.gesta.in.ij col.in ṽ. sed q̄d si variãt C.d̄ re iudi. et adde do. bart.i.l. eos qui.in.ij.colũ.in versi.ꝛ ideo pro declaratiõe.ff. de falsis.

c Prime stetur. Aduerte tñ q̄ per istud p̄z dictũ debilitatur p̄muz adeo qd̄ ad dictuz talis nõ pōt deferri iuramẽtuz parti: q̄ non est omni exceptione maior vt p

Questio.ccccxlvij.

An clementina finalis de procura.habeat locum in ciuiliter mortuo.



Nam cle.fi.de procura.locum habeat etiam in mortuo ciuiliter puta in renunciante seu deposito aut translato.genzellinus ibi tenet q̄ sic propter idẽtitatem rationis quem sequitur fran de zabarellis.ꝛ ita fuit determinatũ per dominos de rota[e] auinione vt ibi refert ipse de zabarellis nil vltra allegãtes nisi genzellinum. Sed contrariuz videtur rationibus subscriptis: primo q̄ dicta clemen.loquitur in beneficiato mortuo ꝛ non in beneficiato translato vel promoto aut renunciãte inter quos est magna differentia: quia mors omnia soluit vt in auk.de nuptijs.§. deinceps.coll'.iiij. Nec ab ea potest se q̄s preseruare.l.iij.cuz tribus legibus sequẽ. ff.de bona.causa mor. qd̄ tamen secus est in translatione vel promotione aut renũciatione a qua quis bene potest se preseruare et ius aliquod si fiat sibi reseruare cum videatur potius voluntaria q̄ necessaria sicut dicit glo.posita super verbo humanis in.c.susceptum extra de rescrip.li. vj.et ideo notanter ibi in dicta clementina dicitur per mortem constituentis ꝛc.q̄ verba in dubio debent intelligi de morte naturali text.est expressus in.l.ex ea parte.§. insulam.ff.de verborum obligatione et in.l.cum pater.§.hereditatem.ff.de lega.ij. Ita tenet Iohan.and.ꝛ Archi.in.c. si presente.extra de supplen.negligen.prelato.libro.vj. Nec a verbis dicte clementine est recedendum.l.non aliter in princi. ff.de lega.iij. et in.l.quisquis.§.hec ṽba. ff.de vulga.et pupilla.attento maxime q̄ dicta clementi.exorbitare videtur a iuris communis dispositione de.qua in.l.si defunctus.ff.de procurato.et in.l.nulla. C. eo. Tum etiam quia dispositio facta respectu mortis naturalis locum non habet si mors ciuilis subsequatur.l.ex ea parte. §.insulam.s̄.alleg.et in.l.res.in fine. C.de donatione inter virum et vxorem.et.l. sed et si mors circa principium.ff.eodem titulo. Non obstant dicta domini Genzellini et aliorum doctorum in contrarium opinantium quia nulla lege fulciuntur et erubescimus sine lege loqui in auten.de triente et semisse.§.consideramus collumna tertia. Nec creditur verum esse q̄ renuncians vel depositus aut translatus sit mortuus ciuiliter. Quod patet: quia triplex est mors ciuilis. vna est quando alicui tollitur libertas vel ciuitas vt est minutus maiori capitis diminutione insti. de capi.di.§.primo et ista habet effectum mortis naturalis vt.l.res in fine. C.de donatio . inter virum et vxorem. Alia est q̄ñ tollitur ciuitas ꝛ remanet libertas. vt. est minutus media capitis diminutione instituta eodem titulo.§.minor et ista

d.fe.in.c. p̄terea in.iij. col.in glo.fi. in fi.extra d̄ testi. cogendis.

d Ā suborn ato.hoc videtur velle glo. fi. in p̄. c.preterea.

e De rota.dicit rota q̄ cle.fi. de procura. abbat\| trãslati alid̄ monasteriũ: et sic locum habet nõ soluz in morte naturalis3 ẽt in ciuili ex idẽtitate rationis. Tñ etiã.q̄ fatz est ibidẽ expressum in tex.vt deci. cclxxvj.fuit dubitatum vtrũ cl e. in nouis.

Erubescimus sine lege loqui.

in actibus mere ciuilibus & pretorijs ha/bet effectum naturalis.l.j.§.& si filium.ff. de bo.pos. contra tab.&.l.si deportati. in prin.ff.de leg.iij.Alia ē mors ciuilis quā do retinetur ciuitas & libertas. Sed ta/men velle & nolle tollitur & actus ciuiles interdicūtur vt est videre in excōicato qui deportato equiparatur vt not.in.d.§.mi/nor.&.l.eius.§.j.ff.de testa.& ingresso mo/nasteriū.xij.q.j.c.nō dicatis.&.l.deo no/bis.C.de epi.& cleri.& ista eūdem effectū habere videretur sicut secūda species. ita dicit Bar.in.l. cum filio.ff.de lega.j. Et quia iste tres species vel altera ipsarum non concurrūt in renunciāte vel deposito aut translato seu promoto vt est clarum videre: ideo sequitur q talis nō est nec dici potest mortuus ciuiliter. Et si dicatur put ipsi Genzellinus de zabarellis & sequaces di/cere videntur q est identitas rōnis contra rium apparet per iamdicta. Preterea suc cessor in beneficio tenetur soluere debita sui predecessoris pro necessitate ecclesie contracta: vt in.c.j.extra de solu.qd tamen facere nō teneretur: nisi esset heres.l.j.&.ij. C.de here.ac.&.l.ij.C.ad.l.iul.de vi publ. a facit bene.c.quia iohānes.xij.q.ij.[a] Et pro tanto instantia censetur fuisse in suc/cessorem in beneficio trāslata. Nam cum pater heres filij interpretatiue dicatur fi lio mortuo post litem cōtestatam transit instātia cause in ipm patrem.l. tam ex cō/tractibus in prin. ibi sed mortuo filio.ff. de iudi.hoc idem videmus in fisco succe/dente mulieri in dote cōfiscata q in eum fit translatio instantie: licet heres vere non existat: sed interpretatiue.l.si constan te.§.fi.ff. solu.ma.fm Ja. de rauenna vbi ipse hec verba expirabit iudiciū &c. ex/ponit valet quātum ad mulierem: sed non quātum ad fiscum in quem trāsit instan/tia cause ita recitat cy.in.l.j.C.si penden/te appella.mors interuenerit: lz dicat pe. de bella perti.aliter intelligere dictū.§.fi. cui tm.§.bar.dat aliū intellectū vz q spe/ciale est in fisco p habet suos iudices spe/ciales corā quibus cause ipsum tangētes debēt tractari. Ita dicit in.l.si cum hoīe. ff.de fideiussori. Ex quo intellectu bar.ap paret instantiā cause in successorē in bnfi cio transiuisse fit inducēdo: q2 si sit specia le in fine q in eum non fiat translatio: er/go in alijs remanet ius cōmune quod vult translationē instantie fieri in successorem ar.l.j.C.de thesau.lib.x. ¶ Et de hac ma/teria qualiter & quando transeat instātia Collium.vide plene barto.in.j.ff.ad treb. ¶ Conclusiue ergo per has ratiōes crede rem dictam cle.fi.de procura.locū non ha bere in renunciāte seu deposito aut trāsla to cum ibi in textu non aperiatur: q2 si pa pa idē voluisset disponere in ciuiliter mor tuo sicut disposuit de naturaliter mortuo bene expressisset sicut in simili videmus in.c.ad audientiā. extra de decimis: ideo non debemus dispositionē ipsius.c.fina. vltra casum suum extēdere iuxta.l.si vero. §.de viro.ff.soluto matri. Nec potest extē di ille tex. ad renunciantē depositum vel translatum per idētitatem rationis: q2 nō est eadem ratio in istis casibus que est in dispositione dicte cle.immo diuersa ratio per rationes supra delaratas: & si non est vera opinio gēzellini & sequaciū. Et pro hac decisione faciūt ea q dixi.s.q.cxxxviij. vbi dixi etiā fuisse iudicatum in hac curia parlamēti q iudex ecclesiasticus non de/beat cognoscere de habitu clericali q2 tex. in.c.si iudex laycus non loquitur de habi/tu sed solum de titulo: q2 si voluisset idem de cognitiōe habitus bene expressisset pa pa. ¶ Sed quero posito q dicta opinio genzellini et de zabarellis esset vera. An dispositio dicte cle.locum habere deberet in reo sicut in actore. Credo q non nisi in actore q2 tex.ibi loquitur. in procuratore constituto ab agente prout ex tex.ibi po test apparere & colligi. Et ratio diuersi/tatis potest assignari q2 si loqueret in reo ad iudicium vocato cuius est fugere.l.in/ter stipulātē.j.§.ff.de verb.obli. Jam via malignandi et dolum cōmittēdi daretur et reis esset aperta pro causis beneficia sua concernētibus qui ad iudicium voca rentur qm ipsi ad iudicium vocati sciētes malam causam habere post longā ipsius agitatione procurarent se ad aliud bene/ficium transferri vt sic iudicium delude/rent & agentē sua intentione per tale me/dium quo ad se frustrarent quod tm lex fieri prohibet.ar.l.in fundo.ff.de rei ven. &.l.fi.C.de ac.pos. Et ideo lex voluit per expressum vnūquēq3 qui rem p qua conue nitur desinit litē cōtestata possidere posse ad hoc conueniri & condēnari ac si possi/deret.l.qui dolo.ff.de re iudi.& in.c. pro possessore extra eo.ti. Que tamē ratio ces/sat in ipso agente pro quo in dubio est p/sumendū q ex iusta causa reū a iudicium vocauit.l.inter stipulantē.§.j.ff.de verb. obli.&.l.si quis intentiōe ambigua.ff. de iudi.quem propterea nō est verisimile se procurare velle trāsferre ad aliud benefi/cium cā dīludendi iudiciū qd incohoauit & ad qd reū vocari fecit. Ideo nimirū si per mortem actoris mandatū censeat re/uocatum seu expiratū vt dicta cle.si cū in eo cesset fraus & malicia per iamdicta. ¶ De materia dicte clemen.si etiam teti gi.s.q.cxix. Et ibi vide si dicta clemen.lo/cum habeat in rebus prophanis. De ma teria dicte cle. vide specu.in ti.de procura tore in.§.ratione.quoq3 in versi.sed nūqd procurator de re integra vel non integra

a ¶ q. secū da. Voluit allegare. q. quinta.

intelligi etiam.s.q.ccccxc.

Questio.ccccxlviij.

a Mulier quedam Qui veniat appellatione suorum p domi. feli. post omnes in.c.in vlti. colu. vi. sed est magnum dubium de te sti. et an appellatione suorum veniat amici. vide per eundem in c.cum dilectus in fide de ac cusa.

b Claudiam eius filiam et suos de hoc scz si verbum suos possit adaptari mulieribus in quibus suitas non consistit. quod vidi istum co si.cxxxij.in ci. antonius pachodi. nu.j. vi. et p dicendorum.

De verbo suos an possit adaptari mulieribus in quibus suitas non consistit.



Mulier quedam[a] filium suum masculum sibi heredem vniuersalem instituit et eidem filio suo masculo heredi substituit claudam eius filiam et suos[b] Contingit quod dictus filius heres decessit sine liberis venit francesia filia dicte glaude et dicit se substitutam heres vero dicti heredis instituti dicit contrarium ex eo quod dicta francesia non est sua[c] quia mulieres liberos non habent in potestate. Fuit quesitum in camera consilij quis ipsorum bene dicat. Pro cuius questi declaratione est premittenda decisio iurisconsulti pauli posita in.l. quotiens idem sermo.ff.de reg. iuris. et facit vn l.ambigua.ff.de legi. Et ad istud propositum dicit iacobus de butri.in.l. cum antiquitas.C.de vsufru. quod licet a significato vocabuli non sit recedendum regulariter. Hoc tamen fallit quando verbum sumi non potest proprie l.sceuola in prin.ff.ad trebel. vel quando apparet de voluntate testatoris coniecturata aliud quam sonet significatum verbi.l.non aliter in prin.ff.de leg.iij. Aut etiam quando vsus communis loquendi regionis aliud habet.l.cum delanionis.§.asinam.ff. de fundo instructo et instru.le. Nam istis casibus vel altero ipsorum recedi debet a proprio significato verbi et significatum improprium recepit. Tum secundum materiam subiectam.l.si seruus plurium.§.fina.ff.de leg. j.et.l.si vno anno circa prin.ff.loca. Hoc igitur sic presupposito verbum sui duo habet significata quo ad propositum vnum proprium et aliud improprium. Proprium respectu liberorum in potestate constitutorum qui proprie sui appellantur.vt in.§.sui in sti.de heredum qua.et diffe.et.l. in suis.ff. de liberis.et postbu.et.l.in suis.ff.de suis et legi.heredi. Improprium respectu liberarum mulierum. que ipsos non habent in potestate insti.de adoptionibus.§.femine et in.§.ceteri.vsi.qua de causa etc.insti. de heredi.quali.et differen. Et ideo cum in casu substitutionis predicte verbum suos ibi adiectum non potest accipi proprie vt in.d.§.sui et.§.ceteri.ipsum propterea accipi debet improprie secundum materiam subiectam prout ad eam pot adaptari. et ita pro liberis talis filie licet sui respectu eiusdem dici non possint proprie vt apparet per tamen dicta hoc probatur clare in.l.mater filio suo.l.pater.§.socrus.ff.de condi.et demo. Et sequitur quod mo. fente. d.herede instituto.substitutio sibi facta le cum habet in liberis dicte glaude ad quos verbum suos recte potest adaptari.l. quotiens.et.l.in ambiguum.et.l.mater filios.s.alle. Quod etiam sic est coniecturandum ex voluntate ipsius testatricis que voluit liberos filie sue quos sciebat numquam esse posse in potestate eiusdem ad substitutionem suam admitti qua voluntate coniecturata verbum sui accipi debet improprie.l.si seruus plurium.§.fina.ff.de lega.j.et alijs iuribus.s.allega. Tum etiam propter vsum communem loquendi secundum quem liberi mulierum respectu ipsarum appellantur sui dum communiter dicitur talis domina filium suum heredem instituit vel tali filio suo vsufructum relinquit qui communis vsus loquendi etiam in talibus debet attendi l.cum delanionis.§.asinam.s.alle. Ita tenet glo.in dicta.l. non aliter in princi.et Bart.in.l. omnes.ff.de insti.et iure iur.in q. que incipit quid si in statuto contineatur aliquod verbum Jacobus de butri. vbi.s.et sequitur quod bona in quibus dictus heres fuit institutus debent liberis ipsius glaude videlicet dicte francesie eius filie restitui et expediri vigore dicte substitutionis. detractis tamen detrahendis. Et ita secundum hanc conclusionem consueuit in hac curia parlamenti iudicari. Considerata etiam vna tali ratione quia verbum suos in casu potest et debet exponi id est iustos ita ponit glo.in.l.non enim.ff.rerum amo. et liberi ex tali filia de legitimis nuptijs nati dicuntur inst.l.hi.et.l.filium.ff.de his qui sunt sui vel alieni iuris. Prius tamen verbum sua aliter in aliena materia accipiatur iuxta.l.seruos.§.fina.ff. de lega.ij. et.l.quintus mutius.ff.de auro et argento legato.et ibi plene per bar.et vide.s. questione.ccccxlij.de verbo sua.

c Non est sua. Immo est sua nam in litteris in duplici differ etiam heredes. Alij enim sunt extranei. Alij autem sui et intelliguntur sui licet ex se descendentes do.bart.i.l. vna.C.de ppille.doc.in l.oppo.

Questio.ccccxlix.

An sententia lata contra vnum ex mercatoribus super solutione pedagij noceat alijs qui partem non fecerunt. Et de populari actione.



Sententia in causa alicuius pedagij lata inter certos mercatores et muliones. Et exactorem seu dominum pedagij lata p exactore seu domino An preiudicet alijs mercatoribus qui partem in causa non fecerunt. Et licet videatur quod non vt.l.ij.

C. quibus res iudicata non nocet. et. l. j. C. res inter alios acta. Attamen contrarium dicendum videtur. Nam vbi constat de institutione pedagij autoritate imperatoris vel regis seu lateranẽsis consilij facta vel ex vetustissima consuetudine de cuius contrario memoria hominis non existit acquisita vt in. c. super quibusdam. §. preterea extra de verborum significatione que vetustissima consuetudo seu possessio vim habet tituli et tantum operatur quantum auctoritas imperatoris vt l. j. in fine cum. l. sequenti. ff. de aqua pluuia arcenda. et in. l. hoc iure. §. ductus aq. ff. de aqua quotidiana et estiuali. Et nullus a prestatiõe eius excusatur, etiã si miles existat. Et hoc habetur pro regula. l. vniuersi circa finem. et. l. ex prestatione. C. de vectiga. et commissis. et. l. fina. C. de quibus mu. vel presta. memini liceat se excusare libro. x. Constat talem sententiam ius facere et pro veritate haberi. l. ingenuũ. ff. de statu homi. res iudi. ff. de re iu. Etiã quo ad omnes[a] per locum in quo pedagium debetur pertranseuntes. Cum fuerit lata respectu popularis actionis. Dũ tamen non appareat fuisse collusum. l. eũ qui. §. in popularibus. ff. de iureiurando. Considerato ꝙ iusiurandum ⁊ res iudicata paria iudicantur. l. post rem iudicatã. ff. de re iudicata. Nam popularis actio dicitur esse ille per quem proprium ius populi tuetur. l. j. ff. de popu. actionibus. Inde dicimus ꝙ omnes actiones in factũ que hodie competunt loco interdictorum pro iuribus siue rebus publicis populares dicuntur. l. j. §. hoc interdictum. ff. ne quid in loco publico. ita not. glo. super rubrica. ff. de populari actione. Sed probibere ꝙ nõ exigatur vectigal est tueri ius publicum in hoc videlicet ꝙ quis libere ire possit ⁊ sibi liceat per viam publicam quod contrariatur ex actione pedagij seu vectigalis qua mediante quis impeditur ire libere per viam publicam cum ire libere est quod fit sine aliqua contradictione vt dicit gl. in. l. reprehẽdẽda. C. de institutio. ⁊ substitutionibus sub condi. factis. Non obstat. l. j. et. ij. s. in contrarium allega. Quia hoc fallit in popularib' actionibus vt dicto. §. in popularibus et certis alijs casibus in dicta. l. ij. C. quibus res iudicata non nocet notatis vt ibidem dicit glo. ¶ Uide de hac materia in simili. s. questione. cclxxix. De materia pedagij etiam tetigi. s. q. ccccxiij.

a ¶ Etiã quo ad oẽs Adde. l. sed ⁊ si ⁊ ibi gl. j. ff. d popula. actione.

b ¶. l. si titius vide ibi. do. bal. Jo de ymola. ⁊ oĩo do. pau. d cast. q̃ sũmat illu tex. dicẽs ꝙ substitutus vulgariter vni cẽsetur ẽt alteri substitut'. cui ille substituerat.

¶ Questio. ccccl.

¶ De interpretatione gradus substitutionum.



Testator duos habens filios ipsos heredes instituit ⁊ alterum alteri substituit ⁊ si ambos decedere contingat sine liberis masculis titium eius agnatum eisdem substituit et si dictum titium decedere contingat sine liberis masculis gayũ et sempronium fratres eidem titio substituit adita hereditate moritur titius sine liberis deinde moriũtur filij instituti nullis liberis relictis quorum vltimus moriens testamentum fecit in quo heredem extraneum instituit. Nunc gayus ⁊ sempronius pretendunt substitutionẽ de eisdem factam locum habere. Licet ordine quo fuit facta non euenerit. Utrum bene dicãt credo ꝙ sic vt videtur tex. expressus in. l. coheredi in princ. ibi. Nec intererit por substitut' post institutum an ante decedat ⁊c. ⁊ in. l. si titius[b]. ff. de vulga. et pupil. ⁊ in. l. celsus pater me'. ff. de leg. ij. ⁊. l. ꝙ diu. la. iij. §. is. qui tertio gradu. ff. de aqui. here. ⁊ ibi hoc etiã tenet bar. expresse insequẽdo opinionẽ pe. ia. in ti. de cõpẽdiosa substitutione que fit a pagano in. q. que incipit quid si testator dicat ita ⁊c. vbi dicit ꝙ ipsa questio fuit ꝑpe mõtẽpesulanum inter quosdam nobiles potẽtes super quadã hereditate ⁊ cõclusiue tenet ꝙ locus est substitutioni lz ipsa ordine facto nõ euenerit per. d. l. celsus. ⁊. l. coheredi. Et est bona ratio quia fideicommissis fratrib' tertio gradu relictis remãsit penes heredes insti. cum suo onere. l. j. §. pro. ij. C. de cad. tol. quẽ. §. ad istud propositũ alle. bar. in. d. l. ꝙ diu. §. j. in fi. Nec obstat in aliquo verbum eidem in substitutione adiectum quasi per hoc verbum videantur dicti fratres substituti dicto titio et non filijs heredibus institutis. Et est rõ. q2 per dicta verba dñe important substitutiões vz vulgaris i casum in quẽ nõ esset dict' titi' fideicõmissari' put nec fuit ⁊ fideicõmissaria in casum i quẽ esset fideicõmissari' lz decederet sine liberis sicut decessit q̃ due substitutiones subverbis ꝑdictis cõpẽdiosam inferẽtib' cõprehẽdunt ⁊ cõprehẽdi de iure pñt sicut ponit bar. in. l. cẽturio in. iij. q. principali ibi q̃ro vtrũ compẽdiosa substitutio ⁊c. ff. de vulg. ⁊ sic i casu isto dicti fratres veniũt p modũ vulgaris i locũ dicti titij scdo loco dati substituti. Et lz prim' grad' substitutionũ valuerit i ꝑsonã filij supueniẽtis iure fideicõmissi ⁊ ide defecerit scds grad' respectu titij. Nõ tñ dfecit i ꝑsonã fratrũ tertio gradu substitutoꝝ loco titij virtute seu iure vulgaris subrogatoꝝ. Et q2 etiã ipz fideicõmissũ dicto titio mortuo remã

sit penes precedentē fideicōmissariū cum suo onere.l.j.§.pro secūdo.ā.alleg. Ita voluit dicere barto.in dicta.l.qḋ diu.§.j. Ista etiam clare probant̄ in.l.coheredi.in princi.ꝛ.l.titius.ꝛ.l.paterfamilias.de vulga. alleg.ꝛ est bonus tex.in.l.fina.C.de heredi.insti.ibi dum dicitur sempronius plocij heres esto.tunc etenī existimanduꝫ est eum dixisse si non plocius heres sibi fuerit.tunc sempronius in locū patrēq; plocij ex substitutione vocari ꝛc. Et ita ſm hanc partē pluries vidi determinari inter nos in camera consilij ꝛ iudicari.

¶ Questio.cccclj.

¶ An homīes ciuitatis vapanien̄.sint homines ligij ꝛ iudiciabiles regis sicilie: et an possint vti saluagardia dalphinali cōtra prefatum regem.



De hoc anno currente domini.M.cccclx. de mense decembris contigit in facto q rex renatus causante guerra p eū nuper mota in regno sicilie p ipsius regni sui recuperatiōe requiri fecit homines ꝛ ciues ciuitatis vapanien̄. q de aliqua summa pecunie vellent eidē subuenire pro manutētione ꝛ substentatiōe dicte guerre qui ciues post multos tractat9 contradixerunt dicto regi de aliqua summa subuenire dicentes se ad hoc nō teneri vigore pactorum dudum initoꝝ inter regem sicilie ꝛ oddonem episcopū vapanien̄. in prestatione homagij per ipsum dominū episcopū dicto regi prestiti de dicta ciuitate vapanien̄.ꝛ castris episcopat9. Ideo ipse rex renatus eisdē ciuibus vapanien̄. imposuit certā pecunie summā exigendā super eisdē ciuibus vapanien̄. Et q2 dicti ciues soluere recusauerūt summā eisdē vt premittitur impositā officiarij dicti regis sicilie capi fecerunt ꝛ detineri mercantias quas ipsi ciues vapanien̄.habent in patria prouincie sub obediētia ipsius regis sicilie. Quorum pretextu ipsi ciues vapanien̄.recursuꝫ habuerūt ad hanc curiā parlamenti dalphina.vigore saluegardie in qua se esse dicūt ipsi ciues. Quero ergo quid iuris videlicet an ipsi ciues bene recurrerint ad hanc curiā parlamenti vigore dicte saluegardie. Pro cuius quesiti declaratione puto sex fore attendēda: ꝛ in iure examinanda. Primo an dictus domin9 oddo.episcopus potuerit dictū homagiū a dicto regi facere[a] sine cōsensu ciuium ꝛ habitantium in dicta ciuitate vapanien̄. Scdo an dict9 rex sicilie sit superior ꝛ maior dñs dicti dñi episcopi ꝛ dicte eius ciuitatis vapn̄. saltim in tēporalibus vigore dicti homagij ꝛ pactionū in eodē homagio initarū. Tertio an ciues dicte ciuitatis vapn̄. censeant̄ homines dicti regis sicilie. Quarto ꝛ an ipsi ciues vapn̄. cēseantur homines iuridiciabiles ipsius regis. Quinto si ipsi ciues vapn̄. possint dici esse in saluagardia dalphi. Sexto ꝛ si essent in dicta saluagardia. An ipsi ea vti possent contra dictuꝫ regem eorum superiorē dominum. Ad primū respōdeo vt scripsi plene.j.q.ccccclx. Ad secundū dubiū puto dicendum dictū regem sicilie habere superioritatem in dictū episcopū ꝛ ciuitatem vapan̄. ex natura dicti feudi ꝛ recognitionis facte per ipsum episcopū dicto regi. Ex eo maxime in ipso homagio fuit actū q in qualibet mutatiōe epīcopi ipse rex ꝛ sui successores possint ponere seu poni facere per eius officiariū vexillū suum armis suis depictum in dicta ciuitate supra domū episcopalē in loco patenti in signū dominij ꝛ superioritatis prout vsq; nunc inconcusse fuit per dictū regem ꝛ eius officiarios factū ꝛ obseruatū p quo facit tex. in cle.pastoralis.§.deniq;.de sententia ꝛ re iudicata ibi nisi ex natura feudorū debitā superioritatē habebat ꝛc. dixi etiā debet ꝛ cēseri debet rex maior dñs ipsorum episcopi ꝛ ciuitatis vapn̄. ex verbis dicte recognitionis feudi ꝛ pactorū in eadē adiectorum vt dicit ꝛ tenet bal.in.c. imperialē in.§.illud quoq; de prohibita feudi alie.p frede.in questione que incipit quero ergo cuius parabolā ꝛc. Et non mirandum de hoc genere maioris dominij: quia triplex habemus dominiū vcꝫ directū ꝛ vtile: et de istis duobus plene prosequit̄ barto.in l.si quis.§.differentia.ff.de actio.po. Habemus etiam ꝛ aliud dominiū videlꝫ verum ꝛ maius dominiū de quo maiori dominio habetur in dicto capitulo imperialem.circa principiū. Ibi maiores domini ꝛ cetera ꝛ in dicto.§.illud quoq;: ibi maiorem dominū offenderit ꝛ cetera. Conclusiue ergo potest dici dictū regem sicilie esse dominū maiorē ꝛ superiorem dicti feudi: videlꝫ dicte ciuitatis vapanien̄.ꝛ ciuium eiusdem. Nec obstat q ipsi ciues vapanien̄. non resortisant coram dicto rege sicilie nec in eius curia: sed in curia spirituali archiepiscopi aquen̄. coram quo episcopo seu eius officiali a curia temporali vapanien̄.ꝛ iudice eiusdem appellatur ꝛ nō ad dictum regem. Quia licet ad ipsum regem tanq; ad superiorem ꝛ maiorem dominuꝫ dicti feudi deberet appellari iuxta ea que ponit Innocen̄.in.c.extra de iudicijs ꝛ pet.iaco.in titu.de conditio.super moribus in questione que incipit comes

[a] ¶ Episcopus potuerit dictū homagiuꝫ do. regi facere. Ad materiā vide qḋ do. bal.ꝛ aluar. in.c. de cle. qui inuesti. faciunt.colla.x.

dedit in feudū ꝛc. ꝛ in titu. sup iurisditiōe libellus ibi itē ponit ꝙ minus ꝛc. Hoc verum nisi aliter in prestatione homagij fo ret actum prout fuit in casu nostro in quo reseruate fuerunt appellationes predicte dicto archiepiscopo. aqueñ. in dicta pstatione homagij dudū per epm vapanieñ. modo nūcupatum dicto tunc regi facta. Uel aliter ꝛ scdo potest responderi ꝙ tale ius resortisandi siue appellandi ad dominum feudi non est de essentialibus feudi: patet qꝛ feudū bene pōt cōcedi sine resorti per tex. in. c. j. §. fi. in quibus causis feudum amittat̃ ſm obertū in feudis. coll. x. Sicut ꝛ ciuitas sine territorio. vt in. l. ij. in prin. ff. de verbo. sig. ꝛ in. l. bona ciuitatis. cum. l. seq. ff. eo. titu. Licet eñ fidelitas sit de essentia feudi adeo ꝙ in cōcessione feudi simpliciter facta fidelitas intelligatur: q̄uis de eadem nulla mentio facta fuerit vt in. c. j. §. fi. per quos fiat inuestitura in feudis ꝙ tenet bal. in. c. j. de capi. corradi. Non tamē sic est in resorto qui non est de essentia feudi. vt. s̄. prime dixi ꝛ tetigi. s̄. q. ccccxxviij. ¶ Sed iuxta hec quero ad q̄ tenetur eps dicto regi sicilie causantibus dictis superioritate ꝛ maiori dn̄o quos habet ipse rex in dictos episcopū ꝛ ciuitatē. vap. Dic ꝙ ad sequentia primo: qꝛ ipse episcopus vasallus tenetur dictū regē sicilie superiorē in tēporalibus recognoscere ꝛ inuestiturā ab eo petere: vt in. c. imperialem. §. pterea. si quis de prohibi. feu. alie. per frede. ꝛ in. c. j. quo tēpore miles inuesti. pete. debet. Item qꝛ famosam actionē contra eum nō debet intentare. Nec ipm in ius sine venia vocare. Et debet ab accusatione contra eum fienda ꝛ officio aduocationis contra eum exercendo abstinere pro quibus facit. l. sed si hac lege. §. pretor. ff. de in ius. vocā. ꝛ in. l. ij. C. eodē titulo ꝛ in. l. non debet. ff. de dolo. ita dicit ꝛ tenet spec. in ti. de homagijs ꝛ fideli. in. §. j. in ver. xvij. queritur. Item debet ipse episcopus dicto regi sicilie dn̄o suo seruire et facere id pro quo feudū fuit traditū: vt in c. j. de feudo sine culpa admittendo. ꝛ in. c. j. §. sub alio que fuit prima causa beneficij admittendi. Idem qꝛ eidē regi facere debet ipse episcopus que in forma fidelitatis noua ꝛ veteri continēt̃ in. c. j. de forma fidelitatis ꝛ in. c. primo de noua fidelitatis forma et. xxij. questione. v. c. de forma. Item etiam debet ipse episcopus vasallus eidem regi sicilie dn̄o suo superiori subuenire in dicta sua guerra ſm quantitatem ꝛ qualitatē feudi ſm doctores vt plene dixi. s̄. q. lij. Et hoc de primo quesito. ¶ Et venio ad secundū quesitū. An dicti ciues vapanieñ. dicant̃ ꝛ cēseri debeāt homines dicti regis sicilie. Pro cuius quesiti decisiōe pmitto ꝙ dicti ciues vapanieñ.

sunt homines ligij ꝛ iudiciabiles ipsius episcopi vapanieñ. ꝛ ab initio fuerūt ante dictum homagiū dudū regi sicilie factū vt ē notoriū. Ex quo īfero ꝙ cū ipi sint homines dicti episcopi ꝙ per cōsequēs ipsi etiā sunt homines saltim mediati dicti regis sicilie cōsiderato ꝙ ipsi sunt homines dicti episcopi ex eadē re de qua ipse episcopus fecit regi. hoc probat̃ in dicto. c. imperialem. §. illud. de phibi. feu. alie. p fre. de. in feudis. colla. x. ꝛ facit arg. l. fi. ff. de vi ꝛ vi armata. Nec obstat. l. modestinus. iuncta glo. ff. de verborū signifi. vbi glo. notat ex illo textu ꝙ vasallus vasalli mei non est homo meus. Quia hoc verum vbi ex alia causa ille ē est homo vasalli mei: tunc non esset homo meus: vt ibi. vbi aūt ille est homo vasalli mei ex eadē re pro qua vasallus meus mihi prestitit homagiū: tunc ille homo vasalli mei censeret̃ esse homo meus. per dictū. §. ita loquitur casus noster: qꝛ ciues vapanieñ. sunt homines episcopi ex eadem re videlicet p ciuitate vapanieñ. de qua ipse episcopus homagiū fecit dicto regi sicilie. Et nō ē mirādū si dicti homines sint homines episcopi ꝛ regis: quia homo potest esse seruus pluriū. l. si seruus pluriū. ff. de lega. j. esse eñ homo alterius est quedam species seruitutis nō ꝙ sit seruus: qꝛ si dominiū non adiuuet non punitur nisi qꝛ pdit feudū. Seruus autē nō iuuās dominū capite punitur. ista sunt verba antho. de ysarnia. in feudis in ti. de noua fidelitatis forma circa fi. ibi per qđ patet ꝛ hoc de tertio dubio. ¶ Uenio ad quartū quesitū an dicti ciues vapanieñ. sint ꝛ censeri debeant iurisdiciabiles saltē mediate dicti regis sicilie. Ad quod puto dicendū ꝙ sic psupposito. vt. s̄. dixi in secūdo quesito ꝙ dicti homines ꝛ ciues vapanieñ. sint homines mediati dicti regis sicilie: qꝛ eo ipso ꝙ quis est homo meus cēseor esse iudex suus. l. quisquis. la. ij. C. de episco. ꝛ cleri. ꝛ tenet specu. in ppria materia in titu. de homa. ꝛ fide. in. §. j. ver. xvij. queritur. ꝛc. Et hoc p quarto quesito. ¶ Et venio ad quintū quesitū an dicti ciues vapanieñ. possint dici esse in saluagardia dalphi. ex eo ꝙ in quibusdam cōtractibus ꝛ pactionibus dudū habitis inter quandā dominā comitissam vienne ꝛ albonis relictā cuiusdam domini dalphi. ex vna parte ꝛ ciues vapanieñ. ex altera ipsa dn̄a comitissa pmisit dictos ciues amparare ꝛ defendere sicut hoīes suos pprios dicti comitatus ꝛc. Ex quibus verbis dicti ciues se esse in saluagardia dalphinū. qua causante dn̄s noster dalphinus tenet̃ eos amparare ꝛ defendere aduersus dictū regē sicilie q̄ eos grauat dictas eorū mercantias ꝛ bona arrestari faciendo in patria puincie. Modo queritur an dn̄s noster dalphinus in hoc

casu tene[n]tur eos amparare ⁊ defendere admodū salu egardie cum armis. Et videtur ꝙ non quia saluagardia de sui natura requirit potentiam armorum vbi aliter garderius defendi non potest que potentia armorum non videtur subintellecta ex natura dictorum contractus et pactorum dudum vt premittitur inter dictā dominam cōmitissam ⁊ ciues vapanien̄. initorū. vt late ponit bart. in. l. stipulatio ista in. prin. ff. de ver. obliga. maxime quia natura illius cōtractus huius repugnat vt dixi. s. q. cccccLxxxiij. Secundo quia saluagardia nō pōt cōcedi in alieno territorio vt notauit Guillermus de cuno in. l. illicitas. §. ne potentiores. ff. de officio presidis. ⁊ tetigi. s. q. ccccxviij. quod hoc casu fieret cum ciues vapanien̄. nō sint in territorio dalphi. igitur ⁊c. Tū quia nō reperitur ꝙ aliquis dn̄s dalphinus concessit saluāgardiā dictis ciuibus vapanien̄. nisi dicta dn̄a per modū quē. s. dixi q̄. dn̄a nō erat dalphi. sed relicta cuiusdam domini dalphi. Ex quibus ꝓpterea credo ꝙ ipsi ciues vapanien̄. non possunt censeri esse in saluagardia dalphi. ⁊ hoc de q̄nto quesito. ¶ Venio ad sextum quesitū. An etsi essent dicti ciues vapanien̄. in saluagardia dalphina. an possint ea vti contra dictū regem sicilie eorū dn̄m superiorē. Et credo ꝙ non presupposito ꝙ ipsi hoīes sint hoīes iuridiciabiles dicti regis sicilie. vt dixi. s. in secundo ⁊ tertio quesitis cum per se saluagardiam si qua esset exercitū iurisdictionis dicti regis quem habet in dictos ciues non deberet impediri per ea que dixi. s. q. lvi. Et si dicat ꝙ dicti ciues vapanien̄. al's. xl. vel. l. anni sunt elapsi obtinuerunt litteras a dn̄o tūc gubernatore dalphi. corā dn̄is parlamenti in camera consilij pro parte dictorū ciuium vapanien̄. productas in quib' dicti ciues vapanien̄. tanq̄ garderij dalphinales māndabātur tueri ⁊ defendi aduersus quoscūq̄ tunc tyrānos qui dictos ciues conabātur offendere. Sed iste littere non iuuant dictos ciues saltē in hoc casu quia non reperitur ꝙ al's tales littere concesse fuerint contra dictū regē quāq̄ contra aliū reperiantur. Quibus rationibus et medijs. s. tactis dū altercaretur de hac materia in camera cōsilij inter dominos de parlamēto ego guido dixi litteras vigore saluegardie dalphina. dictis ciuibus vapanien̄. cōtra dictum regem sicilie eorum dominum superiorem non fore a curia parlamenti concedendas. Sed fui solus in opinione mea. Quia alij ⁊ omini de parlamēto tunc dixerunt prouidendum fore dictis ciuibus vapanien̄. vigore saluegardie dalphina. contra etiā dictū regem. Sed nullas rationes adduxerunt nisi q̄ in dictis pactionibus ꝙ dicta dn̄a dalphina. ꝓmisit dictos ciues vapanien̄. apparare ⁊ defendere. Sed non responderunt motiuis meis. s. tactis. Tn̄ quicq̄d fuerit cōclusū non fuerūt per hāc curiā parlamēti littere concesse. nisi exhortatorie per quas mādabant ipse res ⁊ eius consiliū exhortari quatenus a dictis molestationibus desistere vellet retaxādo dicta eoꝝ bona. Tn̄ ipse rex ⁊ cōsiliū eius dicte exhortationi nō obtēperauerūt. sed semꝑ prosequūtur adhuc de pn̄ti contra dictos ciues ⁊ vnū ex ipsis ciuibus incarcerari fecerūt. Nescio qualis finis sequet tn̄ quicq̄d sequet in futurū ex hoc hic subiūgā pro memoria in futurū de alio casu cōcernente illos de vapico tetigi. i. q. cccccLx. ¶ Utrū princeps alicuius patrie possit a suo subdito pecunias mutuo vel al's de facto pro guerra sua facienda capere. Dic ꝙ nō sed prius debet de suo proprio expēdere ⁊ in defectu eiusdē pōt a subditis capere ⁊ postea eis restituere vt plene ponit cy. in. l. neminem. C. de sacrosan. eccle.

¶ Questio. cccccLij.

¶ De nouis de saysinis ⁊ casu nouitatis qui practicant in curijs regni frācie in materia possessorij de stilo dictaꝝ curiarū.



In materia possessorij interdictorū retinende recuperāde ⁊ adipiscende ius cōmune in hac patria dalphinali seruatur in iudicijs exceptio in iterdicto recuperāde ꝗ ⁊ dū intētat remediū statuti dalphinalis incipiētis. Si q̄s per litteras in quo pars nō vocat ⁊ appellās nō addit respectu reintegratiōis. Sed in patria lugdunēsi ⁊ regno frācie illa iterdicta diuersimode d stilo regni frācie practicātur. Nā in ipō regno frācie est quoddā statutū vulgariter appellatū arrestū q̄rele de nouis ⁊ saysinis tenoris sequētis querele super nouis dessaysinis nō venūt in plamēto sꝫ q̄libet balliuus in balliuia sua adeat locū debati ⁊ vocatis secū ꝓbis viris se iformet de saysina ⁊ dessaysinia sine strepitu ⁊ figura iudicij ⁊ si inuenerit ita eē statim loca dessaysiat ⁊ ad manū regiā ponat ⁊ inde corā se partib' euocatis ministret iusticie cōplementū ⁊c. Qd̄ statutū fuit conditū per beatū ludouicū regē frācie. Et ex illo statuto fuit ortus stilus casus nouitatis qui in regno francie practicatur de quibus facit mentionem cy. in. l. nuda in fine. C. de contrahenda ⁊ cōmittenda stipulatione. ⁊ Jo. fab. vt. i. plene dicam. Et qd̄ statutū practicatur ita. Nam pars possessione dessaysiata possessione ressaysitur lꝫ sub manu regia ponat. Et q̄n intentatur istud remediū pars nec vocatur ne auditur in aliquibus senesca/

lis et maxime in senescalia calcasone. Seu in loco bisterrijs pars vocatur sed non additur parisius vero pars vocatur. et auditur. Sed his sic peractis balliuus vel commissarius ab eo deputatus partes citet coram se super proprietate et tunc inde habeat ministrare iusticie complementum. Sed circa istud arrestum querele et dictum casum nouitatis aduerte quia habent locum ante annum. nam si aduersarius meus possideret per annum mihi post annum non competeret dictum arrestum et ita practicatur in regno. Sed an istud sit verum de iure vide que scripsi in apparatu meo super statuto si quis in questione que incipit vlterius quero. Et in hac materia dicti statuti ne nouis et saysinis et casus nouitatis est vnum singulare quod mortuus saysit[a] viuum videlicet heredem qui potest concludere in materia casus nouitatis quamuis non fuerit adeptus realem possessionem quod videtur contra ius commune in. l. cum heredes. ff. de acqui. pos. sed Johan. fab. insti. de interdictis in. §. adipiscende[b] in glo. super verbo possessorij in fine ipsius glos. dicit quod per illam glosam potest excusari dictus stilus in materia casus nouitatis. facit etiam quod dicit cynus in. l. ea. lege. circa princi. versi. et istud est in ar. ad questionem. C. de condic. ob causam. Facit etiam pro corroboratione dicti stili casus nouitatis quia per consuetudinem quis fingitur possessor et queritur ex consuetudine possessio vt not. inno. in. c. cum super extra de causa posses. et proprie. immo plus alibi dicit inno. quod consuetudo transfert dominium sine apprehensione possessionis. ita dicit ipse in c. ij. extra de consuetudine. Multa alia singularia in dicta materia casus nouitatis ponit idem Johan. fab. in. §. retinende institu. de interdictis et ibi tractat plene hanc materiam casus nouitatis[c] magis quam alius qui in iure scripserit et dicit ipse iohan. fab. in. dicto. §. quod hec materia est tota practica maxime in curia francie vbi quasi omnes cause sunt in casu nouitatis. Et ibi procedit ipse iohan. fab. per. vij. puncta. Circa primum punctum in fine dicit et per premissa apparet quod aliquis non potest agere hoc interdicto nisi possessionem realem habuerit quamuis predecessor vel autor suus habuissent. hoc tamen non seruat curia francie in succedentibus vniuersaliter ratione sanguinis quos reputat possessores sine apprehensione vt etiam dicit ipse Johannes fabri in. §. adipiscende[d] supra allega. verum est tamen de iure quod si predecessor vel autor fuisset turbatus et cessisset actionem quod successor posset agere hoc interdicto retinende iure cesso. circa tertium[e] punctum in fine. dicit ipse Johannes fabri quod pro quasi possessione iurium datur dictum interdictum vti possidetis. vt notatur. ff. vti possidetis. l. prima in principio. quod est verum secundum omnes doctores quando iura illa adherent rei immobili. Curia tamen francie dat pro omni iure et quasi omnes cause sunt de talibus. Circa quartum punctum per vnam columnam in ipso puncto dicit Johannes fabri[f]. Narra ergo in libello factum tuum sapienter. et super omnia caue quod non narres tale factum per quod videaris expulsus desijsse possedisse quia teipsum excluderes[g] aduocati tamen curie francie non multum hoc attendunt qui semper concludunt in turbatiua quecunque sit vis. vt ibi dicit Johannes fabri. Item queri potest dicit ipse Johannes fabri an cessatio soluendi redditus vel deueria annua causet turbatiuam vel expulsiuam scias dicit Johannes fabri quod stilus francie[h] habet quod cessatio causat turbatiuam et contradictio expulsiuam et illa dicunt per ea que notantur per Innocentium in. c. querelam supra allega. et ibidem dicit Hostien. post Innocentium. Circa quintum punctum per tres colla. dicit[i] ipse Johannes fabri in ipso puncto quod iura canonica et commentatores ipsorum non faciunt dubium de hoc quin retineantur animo possessio. in iuribus etenim dant actionem pro possessione pensionum seu redituum subtracta. vt dicto. c. querelam. de electioni. et vnde vi. et in. ca. pisanis. de restitutione spoliatorum. et de causa possessio. et proprie. c. cum ecclesia. Et multominus facit dubium curia secularis regni francie. Et tamen de veritate iuris videtur contrarium in his que habent causam discotinuam nisi possiderentur tanquam accessoria rei immobilis. l. si alieno. §. hoc iure ff. de vsuris. et secundum hoc videtur periculosum agere vti possidetis. pro prestationibus annuis et alijs iuribus que non habent causam continuam quia vix poterit probari presens possessio quia oportet probare pro tempore interdicti redditi actor sit in possessione sed reus ipsum impedit. Nec obstat de illis interdictis de itinere actuque et aqua quotidiana. vbi sufficit probare antecedens tempus licet tempore litis contestate non possideat: quia ibi est specificum in illis interdictis. et sic non debemus extendere ad interdictum vti possidetis vbi requiritur possessio de presenti. Nisi de equitate hoc faceremus scilicet extensionem ad alia iura. Circa eundem punctum dicit[k] Jo. fa. quod ergo pone quod ego iui extra patriam in mei absentia tu occupasti fundum quem tunc pleno iure possidebam

¶ Tenorar resti et statuti de nouis sine casu nouitatis et saysinis per dominum ludouicum francorum olim regem editi. de casu autem nouitatis et saysine tangit per commentatorem pragmatice sanctionis in decreto de causis i. §. necnon a grauamine in quacunque instantia in glo. in versi. necnon et i. versi ex predictis.

a ¶ Saysit de isto verbo saysit fit mentio in. c. clericis laicos i. §. nos igitur extra de immu. eccle. lib. vi.

b ¶ In. §. adipiscende voluit allegare. §. summa.

c ¶ Casus nouitatis. leg. fere vti possidetis vt exponit formaliter do. ioh. fa in predicto. § retinende i puncto. et ibi facit specificam mentionem de casu nouitatis et in xij. colum. in versi. quod ergo

d ¶ Adipiscende. voluit allegare. §. retinende.

e ¶ Circa tertium. Auctor preterit textum in quo tractatur contra quem datur interdictum vti possidetis forte ideo preterit quia non tangit ibi quod concernit singulariter stilum curie francie quo ad casus nouitatis que est materia presentis speculationis.

f ¶ Dicit ioha. fab. i v. col. in. §. super quarto in versi. quid si quis.

g ¶ Teipsum excluderes allega. ff. de vi et vi armata le. si metu rerum.

h ¶ Stilus francie. voluit dicere canonistarum.

i ¶ Dicit in. viij. col. in. §. circa quintum. in versi. iura canonica.

k ¶ Dicit in. ix. col. in versi. idem videtur ibi quod ergo etc.

ponῖ possunt contra sententiam de quib⁹ infra statim dicam: bene poterit eas cognoscere parte vocata ⁊ inde iudicare an sententia sit exequenda vel non. Ita vidi seruari in hac curia parlamenti. Sꝫ ſm bar. nō debet semper in talibus exceptionib⁹ iudicare iudex reqsitus si videat eas obstare. sed debet remittere iudici requirenti vt dicit Bartholus in.l.a diuo pio. in principio.ff.de re iudicata. ibi veritas est et cetera. Idem etiam. ⁊ plenius tractat ⁊ tenet Johannes ferrarij in titu. de forma executionis sententie diffinitiue. in septima colum. in glosa prima. Ibi quinto queritur pone ꝙ res ista supra qua ⁊ cetera ibi quid autem dices et cetera. nisi iudex requisitus sententiam exequi esset superior quo casu ipse superior pōt de omnibus cognoscere ⁊ sententiam reuocare vt dicit Johannes fabri. C.ad.l.corne.de falsis.l.satis. ¶ Sed an a sententia iudicis requisiti possit appellari pe.iaco.vbi.s.dicit ꝙ sic. ⁊ similiter a quocunqꝫ alio executore sententie si modum in exequendo excedat ⁊ dicitur executor sententie excedere modum sex modis quos plene tractat ⁊ declarat pe.iaco.in loco.s.allegato in vsi. sed ab executione que in facto consistit ⁊c. ⁊ si appelletur iudex appellationum non debebit cognoscere nisi tantūmodo de casu seu articulo propter quem fuerit appellatum nec appellans poterit aliam causam addere licet secus cum appellatur a diffinitiua vt.ff.de appella.l.iij.§.fi. dicit pe.iaco.vbi.s. sed que sunt exceptiones que possunt opponi in executione sententie glo. ponit octo exceptiones in l.f.C.de iuris ⁊ facti igno. ⁊ specu. ponit. xvij.casus propter quos impedit executio sententie in ti.de executione rei iudi. in.§.postremo. Et hoc si in primo iudicio fuerint omisse. Sed si tunc in primo iudicio fuerint proposite et tractate de cetero non poterunt opponi post sententiam.ff. de petitione heredi.l.quod in diem.§.f.⁊. C.si ex falsis instrumentis.l.f. ⁊ de fide instrumento.l.fi. Itē poterit opponere condemnatus omnes exceptiones dilatorias ⁊ peremptorias que iuste possunt sibi cōpetere post sententiam vt pacti de non petendo vsqꝫ ad certum tempus vel in perpetuum vel si post sententiam facta fuerit nouatio auditur reus ⁊ impeditur executio.vt.C.de executione rei iudi.l.ij.cum simili. Ita dicit pe.iaco.in loco preallegato ibi. Item siue agatur actione iudicati ⁊c. Item etiā omnis exceptio que non repugnat sententie potest oponi post sententiam que in rem trāsiuit iudicatam.l.f. C.de iuris ⁊ facti ignoran. ⁊.l.si fullo.ff.de conditione sine causa. ⁊.l. eleganter. §.si quis post.ff.de condi.indebi. ⁊ not. ange. de are.in.§.sed si quis in fine. insti. de actio. ⁊ ibi dicit idem de aretio ꝙ exceptione quis conueniatur nisi inquantum facere potest opponi. potest etiam post sententiam que in rem transiuit iudicatam.l.ex diuerso.§.f.cum.l.sequenti. et ibi bartho. ff.soluto matr. et idem bartho.in.l.nesēnius.ff.de re iudi. ¶ Sed an possit appellari si iudex pronunciet sententiam exequendam [a] pe.iaco.vbi.s.in ver.item si iudex inter partes pronunciet ⁊c. tenet ꝙ sic. contrarium tamen tenet spec. in titu. de executione senten.in.§.breuiter ver.sed ſm eum queritur. ¶ An exceptio excommunicationis impediat executionem sententie dic ꝙ sic. Idem de in integrū restitutione [b] postulata que etiam impedit executionem vt dixi.s.questione.ccxv.in.fi. Et de istis duobus etiam poterit cognoscere iudex requisitus per ea que dicta sunt. ¶ De materia executionis sententie late in alieno territorio etiā dixi.s.q.xxiij. ¶ De executione sententie etiā dixi.s.q. cccxxix. ¶ Dixi.s.ſm pe.iaco.in.§.⁊ si appelletur ⁊c. ꝙ si appelletur a pronunciatione iudicis exequentis sententiam non debet iudex appellationū cognoscere nisi de articulo propter quem fuerit appellatum licet secus si cum appelletur a diffinitiua. Ex hoc dico qd ibi videtur dicere pe.iaco. ꝙ ordinatio super executione sententie est interlocutoria. Idem etiam sentit Bart. in.l.ff.de appella. recipiendis. ¶ Sed an a tali pronunciatione que sup executione fuerit lata lata possit appellari specu. videtur dicere ꝙ non in titu.de executione sententie in.§.breuiter vsi. sed ſm eum ⁊c. sed petrus iaco. vbi.s. videt sentire contrarium ⁊c.

a ¶ Sententiaȝ exequēdam. vide istuȝ consi. xlvij. incip. circa diffinitionē. nu. f. vsi. circa primū. ⁊ sequen. ⁊ aliquid consi. lxix.

b ¶ Idē de in integruȝ restitutiōe. Adde dn̄m bal. in pal. l.si pretor ī vsi. ⁊ ex hoc nota.

¶ Questio.cccclxxv.

¶ Si res emphiteotecaria perueniat ad manus domini directi alio titu. ꝙ commissi an euanescant seruitutes ⁊ obligationes super ipsa re per dominum vtilem antea imposite.

Hec est bona qd quaȝ bene nota ⁊ repone in occiput tuum: qꝛ raro eā inuenies



Emphiteota potest seruitutē constituere in re emphiteotecaria et valet cōstitutio.ff.de seruitutibus [c] l.iij. Item potest rem emphiteotecariam obligare ⁊ valet pignoris obligatio.vt.ff.de pigno.l.lex vectigali fundo ⁊ dixi.s.questione.ccccxviij.in fine. Attamen si res postea peruenerit ad dominum directum prima obligatio euanescit vt in dicta.l.lex vectigali. Et similiter euanescit seruitus ar.dicte.l.lex vectigali.cū sit ea ratio nisi dn̄s in ea ɔstituēda ɔsenserit.ff.de aqua plu.arcē.l.f. Nec nocet etiā eidē domino directo aliqua prescriptio in s̄uitute vel

c ¶ L.iij. in glo.f. ibi dē in ēphiteota ⁊ iunge qd ibi dicit do.bal.sup ipa glo.f. ⁊ vide ibidem dn̄o.d.pau. de ca. q̄ dicit ꝙ feudatari⁹ pt i re feudali cōstituere seruitutē. sicut superficiari⁹. ⁊ ēphiteota.

pignorum obligatione.vt.C.de prescrip. xxx.annoz.l.cum notissimi.§.illud. Sed di co hoc verum si redeat ad dominũ vt ad dominũ seu iure dominij vt q2 res cecidit in cõmissum vel q2 cum alteri venderetur ipse dñs directus eam emit eodẽ precio: vt dñs iure prelatiõis. Secus tamẽ si res peruenisset ad ipsum dominũ directum. Alio modo forte videlicet q2 emit eam ab emphiteota vel in solutũ ex donatione le gato vel alio tit.eam ab emphiteota ha buerit vt priuatus ⁊ non iure prelationis vel iure cõmissi: q2 tũc remaneret seruitus vel pignoris obligatio firma.vt.ff.de acq ren.re.domi.l.traditio.§.j.⁊ de contrahẽ. empt.l.alienatio.⁊.C.de distrac.pigno.l. si debitor.ita etiam tenet pe.iaco.in titu. de ac.in rẽ pro re emphiteoticaria ibi item predicta vera sunt ⁊c. Et ita vidi determi nari in camera consilij. ¶ Aduertendum tamen q si emphiteota imposuerit super ipsa re tẽpore suo aliquam pensionẽ dñs directus tenebitur eam soluere nisi in ca sibus specialibus de quibus tetigi plene j.in proxima sequenti.q. ¶ De materia iu ris platiõis etiã tetigi i alijs terminis.s. q.cccc.xj. ¶ De materia laudimioz ⁊ iuris prelationis etiam tetigi.s.qstione.cccc.xij.

¶ Questio cccclxxvj.

¶ De annua pẽsione p ãniuersarijs defũ ctorũ si tertius possessor possit conueniri.



Actio personalis non sequitur fundum seu fundi possessorem. l.j.§.si heres.ff.ad trebel.cum simi.hinc est q dicim9 q si an nua pensio super aliquo fun do inter aliquos priuatos imponat ⁊ con stituatur q postea tertius possessor talis fundi nõ poterit tali actiõe personali pro a dicta pensione conueniri a. ar.ff.de cõ trahen.empt.in.l.fi.§.j.⁊ no.ff.de annuis lega.l.liberto.in princi.⁊ de ac.emp.l.invẽ ditione. Nisi in aliquibus fauorabilibus vt in alimentis.vt.ff.de alimentis ⁊ ciba. le.l.lucius. Et idem in annuis anniuersa rijs que relinquunt ecclesie p defunctis. est eñ modus in rebus ⁊c.vt.ff.de verbo. obliga.l.si ita quis promiserit.§.ea lege. ⁊ facit pro hoc tex.respectu anniuersarioz in.c.quanto in fi.extra de vsuris. vbi ter tius possessor tenetur ad decimas ⁊ obli gatiões ad quas fundus erat affectus. fa cit etiam ad hoc q dicit Hostien.in sum ma in titu.de loca.§.que actiones.ver.sed si dixerit.⁊ Specu.co.titu.de locato.in.§. nunc aliqua.ver.lxxvj.vbi dicit q si quis imponat pensionẽ pro alimẽtis super ali qua re q ipsa res dicitur affecta pro tali pensione perpetuo ad quẽcunq2 transeat possessorem alleg.l.hactenus.ff.de vsufru tu.sic in simili dicendũ videtur in annua pensione pro anniuersario defunctorũ da ta presbyteris talis ecclesie quibus cense tur donata aut legata vt orent pro defun ctis: ⁊ per consequens vt viuant ⁊ viuen do anno quolibet orent pro fidelibus de functis. Et ita respectu anniuersariorum recordor vidisse iudicari in hac curia par lamenti tempore quo practicabã in qua dam causa in qua partem tunc faciebam. Et facit ratio pro anniuersarijs.nam vi demus q p tributo principis tertius pos sessor potest actione personali conueniri. l.imperatores.ff.de vecti.⁊ cõmissis. Idem dicamus in ecclesia cui debetur anniuer sarium pro defunctis. arg.in.l.fina.C.de sacrosanct.eccle.⁊ in auť.de nõ alie.re.ec cle.§.sum9.coll.ij. Et hanc opinionẽ de ali mẽtis ⁊ anniuersarijs annuis defunctoz tenet pe.iaco.in titu.de ac.in rem que pro re emphi.competit licet per verbum for te respectu anniuersariorum. Tamẽ vt.s. dixi fuit iudicatũ p anniuersarijs defun ctorũ ꝯ tertiũ possessorẽ. Et nõ mirandũ quia mutata in fauorem anime seu legato rum p anima ⁊ ad pias causas relictorũ a iure statuuntur que tñ respectu aliorum legatorum non reperiuntur statuta prout colligitur ex auc.sed cum testator.C.ad.le. fal.⁊.l.j.C.de fideicommissis. ¶ Collige ergo ex predictis q actio personalis sequi tur fundi possessorem primo pro annua pensione super aliquo fundo pro alimen tis imposita.scdo pro annua pensione an niuersariorum defunctorum. Item pro de cimis.quarto pro oblationibus.quinto p tributo principis. ¶ Est etiam alius ca sus in quo agitur actione personali cõtra tertium possessorẽ videlicet quãdo annua pensio imponitur super fundo quo casu agi potest confessoria contra tertium pos sessorem vt plene.s.q.x.lij.in fine. ¶ An possit agi actione personali contra dona tarium omnium bonorum vide q̃ scripsi. s.q.cv. ¶ Sed an cã q̃ exordit sup annua prestatione p anniuersarijs defunctorum ptineat ad forũ ecclesiasticũ videt q sic si cut videm9 de causis mortalegioz q̃ ad fo rũ ecclesiasticũ ptinẽt vt dicit io.an.⁊ ho stien.i.c.suscepto extra de foro ꝯpetẽti om ne id qđ relinquit p aĩa censet esse relictũ ad pias cãs.l.si.qs titio ⁊ ibi glo.⁊ bart.ff. ꝺ legatis scdo.l.luci9.§.j.ff.ad trebel.⁊ ibi etiã gl.⁊ bar.⁊.no.p salicetũ i.l.pma.C.de sacrosan.ecclesijs in sua repetitiõe. ¶ De legato ad pias causas si debeat testamẽ to nullo seu reuocato vide q̃ scripsi.s.que stione.cc.in fi. ¶ Quia legatũ in causam alimẽtorũ relictũ debet etiã ex testõ mi nus solẽni qđ cõfirmat ex pstatiõe tr iẽna l.j.p.l.j.C.de fideicõ.q̃ro an idẽ sit in quo cũq2 legato pio.dic.q sic fm angelũ de perusio in.l.si certis annis.C.de pact.in

tuj

a ¶ Pro di cta pensiõe cõueniri.vi de in simili do.bal.in.l. si plures.in iij.col.in ꝟ. item si de beas mihi. ⁊ in ver.item seruitus est. ⁊ in ꝟsic.tñ fuit.C.ꝺ cõ di.inser.

¶ Addõ tñ q ĩ senesca lia lugđ. po test quicũq2 possessor ꝯ ueniri p pẽ sione situa ta sup pos sessiõe qua in pñtiarum tenet: immo plus etiam pro arrera gijs incur sis. Et hõ ex cõsuetud ne senescalie lugdunen.

a ¶ Iurisditio in via publica. Adde quod dicit do. bal. in. l. si plures. in. iiij col. vsi. vidi dubitari. C. de cdi. inser.
b ¶ Qui circūcirca flumē habēt eorum terras et iurisditiones. Adde do. bal. in pre. l. si plures in. iij. col. in ver. item alleg. C. de condi. inser. Ubi dicit quod oia flumina nauigabilia pertinēt ad statū imperij: et sunt regalia alleg. c. j. q̄ sint regalia. col. x. et hoc dicit esse verū in vniuersali: sed in particulari sunt earū ciuitatū: per quarū territorium transit flumen. Nam vnū et idē est territoriū qd eminet sup aquas et qd immergitur aquis. et hec satis probantur argumēto littorū maris. Nā littora q̄ sunt sub imperio alicuius populi et venetorum vl ianuensiū sunt illius populi.

sua repetitiōe. et bar. in. l. j. C. de sacrosan. eccle. ¶ Si possit peti annua prestatio pro annis futuris. tex. quod sic in. l. j. C. de fideicōmissis. ¶ Sed an preciū possit peti pro annis preteritis quibus non fuit legatū annum prestitum. dic quod non per. l. nulli. C. de ero. mili. anno. Ita tenet bar. in tractatu suo alimentorū. Sed debet peti id specie in qua debetur iuxta. l. j. C. de fideicōmissis. s. allega.

Questio.ccccclxxvij.

¶ An flumen rhodani pertineat insolidū regi francie vel principi et dñis circūuicinis communiter.

Ad quem pertinet iurisdi. in a via publica[a] pe. iaco. in titu. super iurisditione libellus circa finē vbi tractatur de bassa iurisdi. ibi nūc queritur ad quem pertineat etc. mouet istā questionē et concludit quod pertinet ad illos q̄ habēt circūquaque iu b risditionē[b] per sex rationes ibi pro eū satis late declaratas quas hic longum esset enarrare. Et ex hac determinatiōe dicerē quod delinquētes in vel supra flumē rhodani deberēt puniri pro officiarios regios: per officiarios pape: et pro officiarios dalphinales: ac etiā pro officiarios ducis sabaudie cōiter q̄ circūcirca flumē rhodani habent eorum terras et iurisditiōes: cū etiā illud flu c men et filia flumina sint de regalijs[c] vt in feudis que sunt regalie in. c. vno et ad dictos principes cuilibet in suo territorio d pertineant regalie[d]. Tn quicquid sit de iure rex francie dñs noster et sui officiarij dicunt quod insolidū ei ptinet rhodanus et pro sequēs in eo iurisditio ipsi regi fran k cie[k]. et qñ officiarij dñi ducis sabaudie in ipso rhodano aliqd exercitij iurisditiōis facere attentāt: officiarij regis lugd. ipsos inquietāt: et condēnant prout vidi tēporibus meis pluries fieri in curia balliui lugd. ¶ De questione que est ad causam rhodani inter illos de tarascone et illos de bellicadro facit mentionē pe. iaco. in titu. de seruitute pecoris pascendi. circa fi. in quadam additione etc.

c ¶ Sunt de regalijs. regalie siue regalia. i. res et iura precipua regis vl imperij seu fisci romanorū vel cuiuscunque regis q̄ in regno suo est monarcha. et hec ptinēt ad regē ita quod n̄ ad aliū nisi ex regia cessione vel largitate: vt dicit. d. bal. super rubri. que sint regalia col. x. iūcto eo qd not. in prin. nigri eiusdē titu.

d ¶ Pertineant regalie hoc dicit auctor ispecta regia cōcessione aut alis cōsuetudine: maxie ad barones referendo q̄ supiores habent. Nam et hi nō possunt phibere quo minus piscetur in fluminibus nisi consuetudo pinguius ius eis tribuat.

et ita seruat curia francie vt dicit do. io. fab. in. §. flumina in versi. quid ergo. institu. de re. diui.
e ¶ Et rixas. Qñ timetur de rixa. pōt iudex cogere partes ad cōcordiā et transactionē faciendā vt. l. equissimū. als est. §. et incipit prin. in. l. si vsufructus. ff. de vsufruc. et nō aliter fm do. ange. in autēti. vt litigan. iurent. §. qz vero. in fi. e. colla. ix. debet tamen iudex semp niti vt partes ad concordiā reducat vt dicit bal. in margari. iudex. in versi. iudex debet.
f ¶ Manū suam. i. facere sequestrū vt not. do. bald. in predi. l. equissimū. in princi. potest etiā iudex alium modum seruare scz pcipere partibus sub bāno ne vadāt ad locū contentiosū saluo iure vtriusque partis fm do. odofr. in predicta. l. equissimū. in ver. verū et habēt modū tāgit tacite do. bal. vbi. s. in vsi cu. pōt etiā.

Questio.ccccclxxviij.

¶ Si duo contendāt quis ipsorum possideat et dubitetur de via facti et qualiter tunc iudex prouidere debeat.



Agatur negatoria vel cōfessoria inter duos et cōstet iudici illum qui pro seruitute agit cōfessori a vel seruitutem defendat in negatoria esse in quasi possessione seruitutis: tūc iudex debet phibere aduersario ne eum impediat vti predicta seruitute vel quasi lite pendente super confessoria vel negatoria. Si autē ille non sit in quasi possessione seruitutis: tunc iudex probibebit eum vti pendente causa. ar. ff. de vsufruct. l. cuiuscunque. §. primo et de itinere actuque priuato. l. j. §. hoc interdictum. ¶ Si autem non constet iudici quis eorū quasi possideat et cōtētio sit inter eos: qs eorum quasi possideat et timeat verisimiliter quod partes deueniant ad arma et ri e xas[e] tunc illis tribus concurrentibus poterit et debebit iudex rem super qua est f controuersia ponere ad manū suam[f] donec cognitum fuerit quis illorum sit potior. argu. ff. de vsufructi. l. si cuius. §. sed si inter duos. Ita dicit Pet. iacobi in titulo de negatoria ibi item notandū etc. Et ita seruare consueuit dicta curia parlamenti: et similiter alie curie inferiores.

Questio.ccccclxxix.

¶ An eripiens captiuatum a manibus seruientis curie delinquat: et qualiter puniatur.



g Ontigit in facto[g] quod nobilis Humbertus de viriaco quendam vocatum bigordam eripuit a manibus duorum seruientum dalphinalium quem ceperant vigore litterarum dalphinalium pro incarcerando pro quodam debito quinquaginta scutorum auri: in quo ipse Bigordan

k ¶ Ipsi regi francie et recte. Nā nō eīn pōt pretendere talle ius regale sibi cōpetere nisi vel ex cōsuetudie vel regia largitate attento quod flumen discurrit in ambitu suo et imperij transitque per districtum sui regni. vnius cōe sibi assistit: et iō cōtrariū contendens de suo ti. docere tenetur ar. eorum q̄ leguntur. et not. in c. dudū. extra de deci.
g ¶ Cōtigit in facto. Tu vide de hoc pro istū pnsi. cccxi. ici. iuxta materiā pcessus. iij. vsi. tertio dicti de latt. vbi. ple.

tenebatur cuidam mercatori Lugduni et eum euadere fecit a manibus dictoꝝ seruientium ita ꝙ ipse bigordam debitor recessit quoꝝ pretextu fuit dictus de viriaco intitulatus instante procuratore fiscali ⁊ puato in curia parlamẽti manibus ioban botuti secretarij dalphinalis. Nunc ergo queritur in quam penam ipse de viriaco delatus inciderit ⁊ videtur ꝙ ipse incidit in crimen lese maiestatis[a] per l.cuiusq̃.§.fi.ff.ad legem iuliã maiestatis de quo tamen dic: vt ibi per Barto. in quadã sua distinctione. Tamen in diffinitione dicti processus facta in vigilia ramispalmaꝝ.M.cccclxi.curia parlamenti mitius agẽdo condẽnauit dictum de viriaco delatum in.xxx.libris ⁊ dandis ⁊ soluẽdis fisci erario dalphinali ⁊ in damno interesse ⁊ expensis dicte partis priuate. Et ita ex hoc patet ꝙ ipsa curia quando sibi equum videtur penam corporalem mutat in pecuniariam sic etiam fuit factum in quodam alio casu: vt dixi supra questio.cccc.xxxiij.circa finem. Et ita semper vidi fieri, et obseruari in ipsa curia parlamẽti.xx.annis proxime lapsis citra.quibus ipsam curiam parlamenti frequentaui vt aduocatus ibi practicans ⁊ deinde vt consiliarius. ¶ Circa hanc materiaz dic latius qualiter teneatur eximẽs aliquem in manu familie seu seruien.curie vt per Bal.in.l.additos[b].C.de episco.audien.dicit ꝙ tenetur ac si pro eo in omnem casuz fideiussisset.l.iij.C.de exac.trib.lib.x.Si autem seruies iam posuisset eum in carcerem: tunc eximẽs de carceribus, tenetur.l.iulia.maiesta.l.iiij.ff.ad.l.iuliam maiestatis quod intellige verum quando iam erat condemnatus aut condẽnandus:quia aut confessus vel conuictus de crimine: vt dicta.l.iiij.al's autem si nondum damnatum vel confessum eximat:tunc eximẽs punitur iuxta.§.arripiatur[c].in auten.vt omnes obediant iudicibus prouinciarum.col.v.nisi in casu legis fi.C.de malefi.⁊ mate.vbi punitur ad mortem ista sunt verba Bar.in dicta.l.iiij.facit qd̃ nota. Idez Bar.in.l.d lege iulia.de vi public. ¶ Aduertẽduz[d] tamen ꝙ siue malefactor sit in carcerem damnatus siue ducatur ad supplicium ⁊ coniuncti sui iuste appellẽt pro eodem iuxta.l.non tantum.ff.de appella. ⁊ iudex non obstante appellatione iusta vult vlterius procedere in exequendo ꝙ isto casu potest iudici de facto resisti ⁊ talis executio impediri:quia p appellationem ablata est iurisditio iudici a quo s'm Innocẽ.in.c.si quando de officio delega.quod est notandum. Et hoc non est mirum:quia quando executio non est reuocabilis seu retractabilis tunc faciliter potest imperi facit.l.si quis prouocatione ⁊ quod ibi notatur de appellatio. Hinc est ꝙ licet contra tres sententias cõformes non possit de nullitate opponi:vt in cle.j.de re iudi. Illud tamen est verum nisi executio esset irretractabilis vel personalis. Ita dicit Paulus de leazarijs ⁊ Petrus de ancha. Nam vt etiam dicit Innocen.in c.pastoralis.de offi.delega.nunq̃ executor pene corporalis debet illam exequi quando videt causam iniustam: sed debet referre superiori pro quo est casus in.l.j.in fine. ⁊ quod ibi nota.ff.de questionibus. Ita dicit Angelus de aretio in tractatu suo de maleficijs in glo.super verbo ꝙ fama.in.xiiij.columna. ibi secundo quero quando ⁊c. Et ibi etiam querit si possit fieri violentia in capientem criminosum ibi et primo. Quia supra dixi de illo qui remouet captiuatum a manu seruientis: ¶ Quero modo de illo qui remouet litteras curie parlamenti vel alterius curie inferioris a manu seruientis in quam penam incidat Bald.in.l.si quis[e] quod.ff.de iurisditione omnium iudicum: dicit ꝙ in penam falsi. ¶ Qualiter puniatur frangens[f] litteras iudiciales. vide que dixi.s.questione.cc.xxxiij. ¶ Item qualiter puniatur falsificantes litterras princi/

a ¶ In crimen lese maiestatis.ad hoc enim vt eximens quem a manibus curie incidat in crimen lese maiestatis requiritur ꝙ talis exẽptus seu exceptus fuerit de crimine accusatus ⁊ ꝯdẽnatus aut ꝯfessus:immo forte videtur requiri ꝙ ipse eximens iuerit ad carceres ⁊ illinc in illis reum detentum ⁊ de crimine ꝯdẽnatuz seu cõfessum emiserit vt videtur sonare tex.in.l.iiij.in §.itez qui ibi in vincula contra.ff.ad.l.iul.maiesta: et ibi do.Azo.in sum.in.§.cõmittit autẽ al's in §.itẽ hac lege tenetur iũcto eo qd̃ dicit do.bal.in.l.additos in §.scd̃o q̃ritur.C.de episco.audi. Sed veri⁹ videtur ꝙ ⁊ is l.iul.maie. teneat qui reum iã condemnatum aut ꝯfessuz a manib⁹ curie siue s'uiẽtis aufert. Nam §ubz vincl'a quo vtit textus ⁊ verbũ custodia quo vtitur dñs Azo.in loc prealleg. verificant taz in manibus seruẽtum q̃ mãsiõe carceruz:vt.l.j.iuncta.l.in eos.ff.de custo.reo:preterea nõ mitius est reuz condemnatum vel confessuz a manibus seruientum siue curie eripere q̃ vinculis carceris soluere cum vtrobiq̃ maiestas.principis in misterio iusticie pariformiter ledatur ⁊ hoc voluit notare do.Bart.in.l.cuiusq̃ in.iij.notabili.ff.ad.l.iul.maie. Uerum si quis hoc faceret anteq̃ captus fuisset confessus vel condẽnatus de crimine tũc non esset locus edicto.l.iul.maie.sed tenetur pro reo ac si eo noĩe in oẽm casum fideiussisset ⁊ hoc videtur dicere do.Bald.licet sufficienter loquatur vbi supra in pre.versi.secũdo queritur.

b ¶ l.additos. Adde ꝙ domini cardinales non seruãt hanc.l.in prin.habẽtes ex consuetudine priuilegium ꝙ si obuiẽt alicui reo ducto ad supplicium possint mittẽdo suum pileum illum a morte liberare.vt dicit do.Saly.in.l.addictos.in fi.C.de episc.audi.

c ¶ Punitur iuxta.§.arripiant. hoc est pena.l.iulie de vi priuata: vt dicit do.bart.in predi.§.arripiat.⁊ adde do.Bar.in l.j.§.is videtur i.iij.col: in versi.quero vtrum.ff.si quis ius dicen.nõ obtẽ.⁊ nihilominus quatinus potest ꝯcernere interesse partis habebit locuz quod dixit.d.bal.in vsi.secũdo queritur ad hoc bene facit quod dicit idez.d.bal.in iam al.§.is videtur in.ij.col. in vsi.in eadem gl.⁊.d.bar.in.l.sed eximẽdi in §.item si qs in vsic.vlti.q̃ro.ff.ne qs eum qui in iusvo.est vi ext.

d ¶ Aduertẽduz.Quo ad questiones in.§.tactas: adde Bald.in pre.l.additos.in versic.⁊ adde.⁊ in versic.dicit etiam Inno.

e ¶ Bal.in.l.si quis id qd̃ videlz in vsi.in eadez gl.ibi falsi ⁊ tali pena falsi est venit.is puniẽdus vltra penã l.aureorum vt in pre.l.si quis in glo.in versic.quingentoꝝ al's quinquaginta.

f ¶ Frangẽs.vide do.bal.in pre.vsi.in eadem glo.vbi

dem sentit esse iu dicium in amouente et corrumpente literas iudiciales.

a ¶ Arma agnationis. Adde do. Bar. in l. filius ff. de his que sunt sue vel alie. iur.

b ¶ Consuetudine. pot enim consuetudo hoc efficere scz quod bastardi habeant nobilitatem genitoris. Nam cois vsus loquendi pot inducere vt appellatione domus siue familie ptineatur bastardi vt p do. bar. in l. suggestioni. in v. et io cois modus C. de v. sig. Ite statutu pot facere quod bastardi succedant ab intestato vt videt velle d. bart. in l. heredib. §. j. in v. tn. gl. facit. ff. ad trebellianu.

c ¶ Succedere pareti bus. vide in l. humanitati et in aut. licz patru. C. de natu. lib. et ibi. d. azo. in summa i. §. succedut autem.

d ¶ Monachus ipe. d. Inno. i p. c. j. in v. moachus. dicit quod sic. videlz quod bastardus possit effici monachus. Quinetiaz bastardus legitimat p igressu monasterij: vt alibi dicit do. bar. Et adde quod bastardus dr naturalis tm: vt dicit gl. j. in l. quoties ff. de re. iur.

e ¶ Distinctionem aduerte qr autor no inte

pum vel iudicium. vide que dixi supra q. cccclv. ¶ Iuxta premissa quero quid si clericus ducatur p officiarios tpales an poterit eis inpugne auferri. vide que dixi. s. q. lxxiij. in fine. ¶ Qualiter puniatur offendes officiarium dalphi. in exercedo eius officium. vide. s. q. cccclvij.

¶ Questio.cccclxxx.

¶ An bastardus retineat nobilitatem generis de iure et quis de cosuetudine.



An bastardus retineat nobilitatem sui generis. dic quod non de iure. l. humilem. C. de incestis nup. et tenet p expressum Bar. in l. si vt pponis. C. de dignita. lib. xij. in sue repetitione circa fi. et idem tenet Barto. in l. tutelas. ff. de capitis diminutione. Ideo no possunt esse consiliarij principum vt tenet Bal. in l. cum legitime de statu hoim. Nec possunt a tales portare armare agnationis[a] vt tenet Bal. in l. generaliter. in fi. C. de insti. et substi. sub codic. factis. et p Bart. in l. fi. de v. signi. ¶ Sed quicquid sit de iu b re de cosuetudine[b] tamen generali presentis patrie dalphinalis et patriaruz circumuicinarum barstardi retinent nobilitatem generis: et portant nomen et arma sui generis cum tamen aliqua differetia armorum: et pro nobilibus habetur reputatur et non cotribuunt in subsidijs dalphi. si tamen viuat nobiliter: sed gaudet omnibus prerogatiuis nobilium ac si essent legitimi nisi in succededo paretibus agnatis et cognatis quo casu respectu successionis ex testameto vel ab intestato seruatur iura coia. Et si barstardi possint succede c re paretibus[c] suis. vide in l. si qua illustris. ff. ad tertulianum et quibus modis naturales effici sui. §. fi. col. xij. ¶ De spurio et si possit sibi relinqui per patrem naturalez vide q scripsi. s. q. cclxxx. ¶ De modo articulandi ad pbationem nobilitatis vide plene p Bar. in d. l. si vt pponis. C. de dignitatibus circa fi. ¶ Utrum legitimati a papa censeatur ad tepoaralia legitimati. vide in c. p venerabilem extra qui filij sint legitimi. et ibi Inno. hosti. et glo. tingit Barto. in l. cuctos populos. C. de summa trinitate et fide catho. ¶ Utruz legitimatio locum in habeat in filijs natis ex cladestino matrimonio Io. fab. dicit quod non in. §. fi. insti. de nup. ¶ Quid operetur legitimatio. vide bar. in l. qui in puincia. ff. de ritu nuptiarum. ¶ De materia legitimationis liberorum vide q scripsi. s. q. cccclxxij. ¶ Utrum bastardus possit effici monachus[d]. vide Inno. i. c. j. ex de filijs psby.

dit approbare hmoi distinctionem quo ad decisionem pntis qonis. sed opi. s. primo ordine recitata. Nam lz phibitu sit ludere ad aleas taxillos: non tn est ppetuo prohibitu. Nec qdez talis ludus principalr phibetur pter se: sed pter mala que exinde sequutur: vt dicut do. Azo. et Panor. in locis. j. in proxima apostilla allegatis: ergo no rite argueretur a ludo pacto ad symoniam: cu ille ppetuo et principalr pter se fit phibita

¶ Questio.cccclxxxj.

¶ An soluta p symoniam vel pdita in ludo taxillorum possint repeti.



Iohanes polleti de crimiaco et Iohanes de latra de burgondia fecerut inter se qdam pacta symoniaca ad causaz pceptorie sancti Anto. burgodij et vigore dictorum pactorum d. de lata realiter soluit et tradidit dicto polleto. c. scuta auri sub spe. habedi filio suo dictam pceptoriaz. Uerum qr obstatibus certis impedimetis dictus de latra no potuit obtinere dictam preceptoriaz ipse coueniri fecit dictu polieti in hac curia parlameti et inter cetera petijt a dicto polleti sibi restitui dicta centu scuta auri. Et fuit iste casus positus in deliberatione in camera cosilij et opinado dixerut aliqui ex dnis quod ipse polleti no tenetur ad restitutionem dictorum centu scutorum auri cum in pari causa turpitudinis potior sit conditio possidentis. iuxta regula iuris in pari causa de regulis iuris. et l. si duo. ff. de dolo. Sed dns Fraciscus de cizerino vtr vtriusqz iurisdoctor osiliari dalphinalis dixit quod immo dict de latra pot repetere dicta centu scuta ad instar vsure solute q repetit iuxta c. debitores extra de iureiurado. Aliqui alij vero dixerut sic distinguedo: qr aut dictus de latra puocauit dictum polleti ad dicta pacta symoniaca ineuda et tuc no tenet dictus polleti dicta centu scuta auri restituere dicto de latra. Aut dict polleti puocauit dictu de latra ad dicta pacta ineuda tm co casu dicta centuz cuta auri restituere tenetur dicto de la e tra. Et hac distinctionez[e] ponit Inno. in simili materia in c. qr plerique extra de immunitate ecclesiarum. vbi ipse tractat. An quis teneatur restituere id qd lucrat f in ludo taxillorum[f] iuxta materiam auten. alearum vsus. C. de reli. et sumpti. funerum. et notatorum p gl. in l. fi. § fi. ff. de alea. et determinat ibi Innoc. quod si ille qui traxit aliu ad ludeduz lucretur tenetur ad restitutionem. Si autem ille qui perdidit

tanqz de se mala et in se ipsa pnicto sa adeo vt oia crimina ad copationem symoniace heresis quasi p nihilo reputant vt. j. e. vel patz ita dicit. d. go f. i summa de symonia in princi.

f ¶ In ludo taxillorum. An et qn qs teneat restituere qd lucrat in ludo alearu siue taxillorum. vide do. Pa. ple. tractate in c. clerici. ij. in addi. i iij. col. i glo. in v. ad aleas. ex de vi. et hone. cle. et adde. d. azo. i summa. C. de reli. et sumpti. fune. in v. col. i. §. accedamus ad sequentem parte et do. Saly. eo. ti. in l. alearum vsus in v. si. quero an huic. l.

trāxerit alium ad ludendum non repetit vt ibi plenius per eum. Sed qualiter respondebitur ad dictum. c. debitores per quod dictus. do. franci. de cizerino voluit dicere ꝙ solutum per symoniam potest indistincte repeti sicut vsura soluta indistincte repetitur per dictum. c. debitores. Sed ad hoc dicebant aliqui ꝙ aliud est in symonia et aliud in vsura. Et ratio diuersitatis est quia in symonia versat̄ peccatum non solum respectu recipiētis sed etiam respectu soluentis vt in. ca. de hoc extra de symonia. Quod secus est in vsura vbi licet ex parte recipientis vsuram versetur peccatum non tamen respectu promittētis quod patet quia iurans soluere vsuram debet iuramentum seruare: vt dicto. c. debitores qd̄ nō faceret si iuramentum respectu ipsius iurantis esset inductiuum peccati. vt. c. cum contingat. extra de iureiu. Et ideo non mirum si soluens vsuram non repetat cum in eo non versetur peccatum quod secus est in soluente symoniam in quo versatur peccatum sicut in recipiente in quo propterea paritas delicti siue peccati facit cessare repetitionem indebiti soluti iuxta debitam regulaꝫ iuris in pari causa turpitudinis ꝛc. Et sic non obstat dictum. c. debitores. cū casus sint diuersi. et non aduersi per predicta. Et pro hac solutione faciunt etiam ea que dixi. s̄. q. lxxx. in fine. vbi etiā tetigi de hac materia symonie ꝛ de materia et intellectu dicti. c. debitores. de qua materia vide plenius per Henricum de bouēco in aut. sacramenta puberum. C. si aduer. ven. ꝛ per Bart. in. l. si quis pro eo. ff. de fideiusso. et per canonistas in dicto. c. cum contingat. extra de iureiu. Fuit ergo tunc conclusum per dominos parlamenti ꝙ dictus de latra dicta centum scuta per symoniam soluta repetere non poterat. p. s̄. proxime alle. ¶ Sed cū solutum p symoniam non possit repeti cui applicabitur. Dic ꝙ illi ecclesie cui facta est iniuria vt dicit glo. in. d. c. de hoc. de symonia in gl. si. super v̄bo restituāt. Et ideo dictus de latra dicta centū scuta soluere ꝛ restituere tenebitur dicte p̄ceptorie sancti Antonij burgondij cui facta fuit dicta iniuria per dictam glo. in dicto. c. de hoc extra de symonia.

¶ Questio. cccclxxxj.

¶ An instrumētuꝫ in quo dies nō est apposita: sed p errorem notarij obmissa fidem faciat de casibus in quibus de substantia cōtractus requiritur scriptura.



Reperitur instrumentum publicum manu notarij confectum in quo dies nō est apposita queritur an valeat et a videtur ꝙ non[a]: qꝛ dies est de solēnitate instrumēti vñ si deest videtur ꝙ nō valeat in aut. vt prepono. impatoris in. j. col. vi. ꝛ in aut. quibus modis nā efficiūtur legitimi. §. ad hec. col. vij. ꝛ. C. de appodicis publicis. l. j. lib. x. C. de diuersis rescriptis. l. iij. ꝛ. C. cōtraben. ꝛ cōmit. stip. l. optimā. In cōtrarium videtur ꝙ valeat vt in prima ↄstitutione codicis. v̄. ibi tamen. ꝛ. C. de iud. codi. confir. vbi ei. Et si quid deficiat de solēnitate non tamen viciatur negocium. ff. de ven. inspi. l. j. in fine. ꝛ. C. de testa. milita. l. milites. ꝛ. ff. de in integ. resti. l. diuus. Dic ergo aut est tale negocium ꝙ debet fieri in scriptis oīno aut non primo casu si dies desit dico instrumētū ꝛ reꝫ non valere. C. de fide instru. l. cōtractus. Secundo casu quādo non exigit solēnitatem scripture sed fuit facta vt id quod fiebat facilius probaretur: ꝛ tunc videtur dicendum ꝙ valeat. ff. de fi. instrumen. l. pe. ꝛ. C. de pigno. l. contrahitur. qꝛ si tabellio facit instrumentū ꝛ deficit aliquid de solēnitate errore lapsus: ꝛ postea per diem vel annum tabellio recordetur de illa die b ponere potest[b] qꝛ veritas scripture debet probari per suum auctorē. C. de falsis. l. si quis decurio. ꝛ faciunt que dicit bart. in. l. si librarius. ff. de verbo. sig. vbi istam ponit materiā. Et de hac materia etiam tetigi. s̄. q. cxxxj. ¶ Sed que sunt illa negocia que oīno fieri debent in scriptis[c]. Dic ꝙ sequentia. Primo eñi exigitur scriptura in emancipatione liberoruꝫ. vt. C. de fide instrumentorū. l. in emancipatiōe. ꝛ de emancipa. libe. l. fi. Item cum res stabilis datur aduocato pro patrocino. C. de suffragio. l. vnq. Item in contractu cum ecclesia celebrato. C. de sacrosanctis ecclesijs aut. hoc ius porrectū. Itē de testamento solēni in scriptis habito et codicillis. C. de testamentis. l. hac cōsultissima. Iteꝫ in sentētijs diffinitiuis ꝛ īterlocutorijs q̄ in scriptis ferēde sunt. C. de sen. ex periculo reci. l. j. ꝛ. ij. Itē in ↄtu emphiteotecario. C. de iure emphit. l. j. ꝛ. iij. c. j. de censi. lib. vj. ꝛ ibi p gl. Itē cum aliqs dicit se fore clericū debet docere p l̄ras sui epi testimoniales alioq̄n p clerico non habet̄. l. si qua p calūniam. C. de epi. ꝛ de. Itē cū aliquis dicit se h̄re mandatū sup aliquibus negocijs a papa vel imperatore l̄ras ostēdere debet: al's non adhibet̄ sibi fides. C. de mandatis princi. l. j. extra de offi. ꝛ potesta. iudi. delega. c. imperitos. item in insinuatione donationis que excedit summam quingentorum aureorum. ꝛ in singulis casibus in quibus exigitur pretoris auctoritas vt in emancipationibus ꝛ arrogationibus et cautionibus tutorum inuentarijs et in alienatone minorum extra de probationibus cap. quoniam con-

a ¶ Qd̄ nō. vide Spec. de instr. edi. in. §. instr̄m ergo publicum in x̄fic. item qd̄ nō est. ꝛ in x̄si. quid ergo.

b ¶ Ponere pōt. de h̄ vide quid dicit do. bald. in addit. ad specu. de instru. edic. in iiij. col. iij. §. notarius nō pōt. ꝛ in. v. col. in ver. rogitus notarij.

c ¶ In scriptis. Adde spe. in tit. p̄. de instru. edi. in. §. restat videre. in x̄si. prim⁹ est vsq3 ad ver. xxix. i requisitione transcripti. ꝛ ibi do. bal. in addi. eiusdem in. v. colū. in ver. cōmune perusij.

Od. in 4 tt 19.

tra falsaz.C.arbi.tutelle.l.fi.et.C.quod admi.tu.l.habere.et insti.de adop.§.ij.et.iij.et.C.de dona.l.si quis argentu.et.l.sancimus. Item in prestationibus faciedis ne currat tps alicui ad interrupendaz pscriptione. C.de annali prescriptione.l.vt prefectus Item in quodam casu qui legitur.C.si mi/nor se ma.dixerit.l.si quis alterius/ Item si actuz fuerit vt cotractus no valeat nisi in scriptis fiat in.l.contractus.C.de fi.instr. Et in istis casibus in quibus requiritur scriptura si fiat instrumetu in quo dies apponi omittatur non valet instrumentu nec res sine actus qui geritur iuxta distinctione.s.positam. ¶ De instrumento seu antiqua carta vide spe.in titulo de locato.in.§.nunc aliqua.ver.lvij.et tetigi.s.que.ccccviij.in fi. ¶ De materia protbocolorum vide que dixi.s.q.xix. ¶ Quid.de scripturis que reperiuntur in lapide monumentorum dic quod licet plenam fide non faciat tn faciunt rem notoriam ita dicit bal.in.l.monumentorum.C.de religio.et sumpti.funerum. ¶ Utru sufficiat quod clausula instrumenti producatur.dic quod non immo debet totuz instrumentum produci sm barto.in rub.in.l.et.ij.q.ff.de noui ope.nun.et cy.in.l.fi.C.de precibus imperatori offi.

a ¶ Armis defendere probatur facere quod dicit do.panor.in.c.clerici.§.i.ij col.in.versi.in tertio membro de vita et honesta.cle.

b ¶ Gl.opinio hui9 gl.est vera sm bal. qui ea postposita opi.d.guil.de cuneo approbat in.l.omne ius hic alleg.

c ¶ Meuz voluit forte dicere dominu na verbu meum significat dnium.d.bart.in.l.certu.§.si et si.ff.de confes.

d ¶ An appellatoe bonorum.Tu vide de b.q.sito istu consil.iij.ici.factu tale e in rennu.l.versi.ad quod puto vbi alleg.cosil.ccxiij.et consil.ccxv.

e ¶ Contineant actiones ide in b casu vr sentire.d.bald.vbi.s.in versi.

Questio.cccclxxxiij

¶ Si protectio et defensio intelligantur cum armis.

Quesitum fuit et dubitatu in camera consilij quid importent illa verba recipio te in protectionem et defensionem mea.canoniste de hoc se expediunt et dicunt quod si quis reciperetur sub defensione ecclesie non debet ecclesia eum defendere cu armis.Sed videtur ei magis reuerentia haberi quod alteri vt probatur ex textu.c.recipimus.extra de priuile.cu glo.ibi posita. Sed posset probari oppositu per verbuz protegere quod videte impostare etia cu armis defendere[a] vt tenet gl.in.l.desertorem.§.fi.ff.de re mili.item pot probari in.l.fi.C.de pfesso.et medi.quicquid ipsi canoniste dicat.Sed si loqris in materia contrahentium de quorum natura est iudicialis defensio:vt l.fi C.de acti.emp.si aut natura contractus no repugnet dico quod etia tenetur defendere cum armis vt habetur p Bart.in prima constitutione.ff circa prin.Et de hac materia tetigi.s.q.cccclj.in versi.venio ad quintum quesitum.

Questio.cccclxxxiiij.

¶ Si appellatione rerum mearum contineantur iura et actiones.

Fuit dubitatu inter nos in camera cosilij:quia quida dixerat dono tibi res meas. Si sub istis verbis contineatur iura et actiones quas habebat contra. Ticium b glo.[b] in.l.omne ius.ff.de sta.ho.videtur velle quod sit Guiller9 de cuneo ibi tenet contrariuz:quia dicit ipse gl. pcedit qn donaretur res. In qstione pposita dr dono res c meas:sed verbu meas denotat meum[c] vt.l.suos.in prin.ff.de leg.iij.et.l.no soluz §.meum.de rei ven.quod non pot in actionibus verificari:quia mee no dicutur:vt.l.rei.in pn.ff.de leg.iij.et hoc tenet ipse Guil.et no.in.l.si legati.§.si bona.ff.ad treb.et in l.rei.ff.de verbo.sig.et de bo.pos.l.s.et dic vt d ibi no.in gl. ¶ An appellatioe bonorum[d] e ptineat noia iura et actioes[e].vide bar.in.l.qntus.§.argeto.ff.de auro et arge.leg.et in.l.s.C.si aduersus trasac.et q dixi.s.q.cccxlj.et.cccxlj. ¶ Sed qd de legato bonorum f mobiliu et immobiliu an veniat noia[f].vide q scripsi.s.q.cccccxix. An vsufructuarius oim bonorum teneatur soluere debita,vt que dixi.s.q.cccclxxxv. alias 541.

f ¶ An veniat noia vide gl.et doc.i.l.mouetiu.ff.de verb.sig.et.d.bal.i.l.s.C.si aduer.trasactio.

g ¶ In pnc.voluit alle.d.bar.in palle.l.cu furti circa fine videlz in versi.qro qd si in iuramento ibi et p hoc dico.

Questio.cccclxxxv.

¶ De probatione valoris alicuius rei.



Testes fuerunt examinati sup articulo ptinente quod res valet centu:si post publicationem testiu pars aduersa tradat alium articulum quod res valet.c.et.l.vtru testes super hoc articulo debeat examinari;dic quod sic;et est ratio.quia talis articulus non est contrarius imo omnino diuersus;quia pot esse vnu et aliud et hac opi.tenet bart.in.l.g cum furti.in pn[g].ff.de iniuste iurado:et ita fuit determinatu per dnos meos de parlameto in causa castri rupiscbinardi in qua causa in materia reuisionis partes fueruut admisse ad pbandu maiore valore dicit castri et aliorum bonorum petitoru p nobilem claudiu alamadi contra nobile Joha.alamandi. ¶ Que consideratio sit habeda in probatioe valoris alicuius rei et de probatione valoris vide p ang.de aret.instit.de b act.in.§.si quis ages in.iij.col.[h] in materia legis scde.C.de rescin.ven.attenditur valor rei tpe contractus vt dicit de are.in dicto §.si quis ages.et ibi ponit multa singularia in materia dicte.l.ij.et format ibi libellum.et vide q scripsi.s.q.clvij. ¶ De articulis impertinetibus et examinatioe testiu super eisde.vide q dixi.s.q.cccxlvij. ¶ Licet in iudicio no sit probatu de valore rei i iudex tn ex officio suo dz estimare[i].l.si quod ex papbila.in fi.ibi estimauerit.ff.de leg.ij.facit.l.semp.ff.quod vi aut clam.§.officio.et no.per doc.in.l.vnica.C.de sentetijs que pro eo quod interest pferuntur.in illa questione qualiter interesse probetur.

h ¶ Ages.iiij.col.videlicet in ver.iiij.etia et aug ge quod p eundem do.ange.ibide dicitur i.ij.colu.in ver.vl.no.vbi etiaz tradit modum forma di articulos de estimatione precij rerum.

i ¶ Debet estiare istud quod hic pontur:puta lz i iudicio et c.ponit formaliter do.barto.in.l.si quod ex papbila hic alleg.in vl.no.et adde do.ang.de aret.pre.ver.vlt,not.ibi et p hoc tu allega.et c.

Questio.cccclxxxvj.

¶ Si testes non publicentur an processus reddatur nullus.



Queritur utrum sententia lata testibus nō publicatis sit ipso iure nulla. In curia romana seruatur quod fertur sententia testibus nō publicatis vt fertur vsq3 ad tertiā sentētiaz ꝛ hoc negaretur preiudicium in testibus producendis in causa appellationis: ꝛ sic testes producūtur oculis clausis. Idem etiā seruat stilus curie parlamenti parisius ꝛ in iudice sedet tm̄ sciētia veritatis. Et iste error nascitur ex illo errore quod testibus publicatis non possunt produci sup eisdem articulis testes in causa appellationis. Nam licet ius ciuile presumat causam subornationis in causa prima: non tamen in causa appellationis: quia testes non ita audent dicere falsitatem corā superiori iudice sicut coram minore maxime coram principe: vt dixi etiam in tractatu meo de psumptionibus versic. ratio quare ꝛc. Et in multis locis ꝛ iudicijs seruatur ius ciuile: videlicet opinio legistarum que est vera de iure ciuili: vt. C. de temporibus appellatio. l. per hanc. ꝛ de appella. l. eos. Qui superior etiam posset punire de falso testes receptos in prima causa eo quia in eum transfertur iurisditio totius cause ꝛ dicitur successor vt. ff. iudicatum solui. l. cum apud sempronium. Conclusio est ergo quod publicatio testium omissa non reddit iudicium nullum[a] licet glo. sentiat contrarium in. l. prolatam. C. de sententijs et interlo. om. iudi. Nam ꝛ sine vllis testibus sententia lata est aliqua ꝛ maxime absolutoria. ff. fami. herciscun. l. cum putarem. ff. de procu. l. eo tempore. in princi. ff. de condi. indebi. l. si non sortem. §. heredi. in glo. ij. vbi verbum autem potest ꝛc. Ita dicit Bald. in. c. j. si de inuestitura inter do. ꝛ vasallum lis oriatur: ꝛ ita etiam de stilo vidi seruari in curia parlamenti dalphi. quod omissio publicationis testiuz non reddit processum nullum cum etiam ipsa curia palamenti procedatur talibus subtilitatibus iuris reiectis. licet glo. ꝛ Barto. in. l. solam. C. de testi. ꝛ idem Barto. in. l. cum mota. ff. iud. solut tenēant quod testes non publicati non probent: sed de stilo dicte curie parlamenti Dalphi. si a casu omittatur pulicatio fieri in iudicio probāt depositiones talium testiū ꝛ habētur pro publicatis. Ita vidi seruari. Tamen respectu materie dicte. l. per hāc. C. de tēporibus appellationū. seruatur in curia parlameti dalph. dispositio cle. fi.[b] de test. vt dixi plenius. s. q. xiij. Nisi ex aliqua iusta causa equū videretur curie cōtrarium fiēdu3 vt dixi plenius in dicto tractatu de presumptionibus. §. ratio quare ꝛc.

a Nō reddit iudiciuz nullū istō tz d. bar. i. l. prolatio sic alle. ta. j. q. ꝛ assignat rōnem quia examinatio ꝛ publicatio n̄ sunt de ordīe substātiali ipsius iudicij ꝛ ultō vr̄ innuere tex. i. c. cū i. ꝛ a ibi minime publicatū ex de sen. ꝛ re iudi. ꝛ h̄ vr̄ ibi sentire. d. Inno. i gl. sua. i §. publicatū ꝛ hoc ē verū nisi apte fuerit petitū s3 gl. in §. iudicijs i. c. fi. §. cessānte. de hereticis. li. vj. qd̄ ēt seqtur. d. alexa. addi. d. bar. in p̄. l. platā aduerte tū quod tu qcūq3 es iudex cauere debes ne reū pues debito iurꝫ ordine, sine magna cā: qm̄ fieri nō pōt sine offēsiōe dei vt dicit. d. Archi. i pdi. c. fi. i gl. sua in §. graue piculū. ꝛ h̄ vr̄ voluisse do. Inno. i loco pre. i p̄n. sue d. gl. ibi si n̄ publicauit, delīqt. ꝛ do. Jo. an. post d. archi. i p̄. c. fina. circa p̄n. in §. potentiam.

b Dispositio cle. fi. Tu vide de hac cle. ꝛ inter qs psonas hēat locū vide istū qōn. xxv. ici. appellatio. nume. j. §. ꝛ ideo.

Questio. cccclxxxvij.

Ad concludendum an causa an vna pars possit cogere aliam.



